comment cet écrit a pu parvenir bien vite entre les mains d'Hilduin, archichapelain de l'empereur Louis le Pieux.

Dans le tome I de janvier, Bollandus s'est occupé de **saint Théodose, abbé de Palestine,** au 11 janvier, mais d'une façon assez incomplète et inexacte en ce qui concerne le texte de la vie. Les documents lui faisaient défaut.

Depuis ce temps, Migne avait publié en grec la Vie de saint Théodose, rédigée par Métaphraste, d'après le codex Paris. 1536 (1). Grâce à M. Usener, professeur à l'université de Bonn, nous sommes enfin en possession des actes primitifs de saint Théodose (2). Le savant helléniste vient de publier à la fois deux textes relatifs à ce saint : l'un, qui a pour auteur Théodore, évêque de Petra, dans la *Palaestina tertia*, l'autre, écrit par Cyrille de Scythopolis. Le travail de Théodore est antérieur à celui de Cyrille, qui, du reste, n'a pas voulu lutter avec son prédécesseur et n'a donné qu'un court résumé. Ces deux textes se trouvent dans le codex *Laurentianus* XI, 9 : on ne les a pas rencontrés ailleurs jusqu'ici. Inutile de dire que cette édition est faite avec tout le soin et toute la compétence dont le nom seul de M. Usener est le plus sûr garant.

Toutefois, les notes, qui accompagnent l'édition publiée par Teubner, nous semblent appeler quelques réserves.

M. Usener a une tendance marquée à rapprocher les usages chrétiens des cérémonies païennes. Ces comparaisons ne sont pas toutes également fondées : par exemple, p. 115, celle de la sainte Vierge, δέσποινα, avec la déesse principale (*die Hauptgöttin*), des cités païennes ; p. 251, celle des heures canoniales. Tous les miracles des saints, p. XXI-XXIII, naturellement, rentrent dans la légende. P. 116, note de p. 6, l. 11, on eût pu faire remarquer un passage identique dans la Vie de saint Sabas. (Ed. Cotelier, *Eccl. gr. Mon.*, t. III, p. 222.) M. Usener ne croit pas que les Besses de Thrace (p. 150) aient été assez nombreux en Palestine pour former un monastère distinct. Il y a pourtant à cet égard des témoignages bien formels (3).

Saint Abercius. — La *Civiltà Cattolica*, 1890 (série XIV, vol. 5, *Archeologia*, p. 203-21) et le *Month* (Mai 1890, H. Thurston, *The Tomb of St. Abercius*, p. 38-56) discutent avec talent, à un point de vue apologétique, les doctes commentaires de M. l'abbé L. Duchesne (*Rev. des quest. histor.*, 1883, tom. XXXIV, p. 5-33) et de M. le Commandeur J. B. de Rossi (*Inscriptiones Christianae Urbis Romae*, vol. II, pars 1, Prooemium, p. XII-XXIV) sur la fameuse épitaphe de saint Abercius, découverte en Phrygie par le savant anglais, M. Ramsay.

(1) P. G., tom. CXIV, pp. 469 sqq. — (2) Voir le programme de l'université de Bonn pour 1890, et une brochure publiée à l'occasion de l'anniversaire de l'empereur Guillaume II, le 27 janvier 1890. Dans un élégant volume publié par Teubner et intitulé : *Der heilige Theodosios*, M. Usener a donné une seconde édition de ces textes. Elle est précédée d'une longue introduction, très intéressante pour l'œuvre hagiographique de Cyrille de Scythopolis, accompagnée de notes savantes, qui éclairent parfaitement l'histoire des moines de Palestine au VIe siècle. — (3) Voir J. Van den Gheyn, *Les Populations danubiennes*, pp. 98-100.



Le Père Thurston dans un second article (Juillet, *The Story of St. Abercius : a Byzantine Forgery?* p. 339-59) tâche de démêler les éléments réels de la vie de saint Abercius, parvenue jusqu'à nous dans une triple recension byzantine. Le texte de Métaphraste, celui de Boissonnade *(Anecdota graeca*, t. V, p. 462) et celui du ms. 1540 de la Bibliothèque nationale de Paris semblent dériver séparément d'une même source originale. Il faut placer cette rédaction primitive au commencement du ve siècle et son auteur doit avoir vécu dans le voisinage d'Hiéropolis, le siège épiscopal du saint. Ces trois versions rapportent, mais dans un style différent, une lettre de Marc Aurèle à Euxenianus Pollion. L'empereur lui enjoint d'envoyer à Rome l'évêque chrétien Abercius, célèbre par sa piété et ses guérisons extraordinaires. Le Père Thurston s'attache surtout à défendre l'authenticité de cet étrange document. Nous relèverons une petite inexactitude. Des trois textes différents que nous possédons de la vie de saint Abercius, celui qui se trouve dans le codex Paris. n° 1540 n'est pas, comme le pense l'ingénieux critique, de longueur moyenne entre le texte publié par Boissonnade et la version éditée par les Bollandistes. Il est incontestablement le plus long et le plus délayé.

Il beato Antonmaria Zaccaria e la diocesi di Crema. Roma, 1890, 12°, p. 101. — Le 3 janvier 1890, le souverain pontife rétablissait le culte du bienheureux Antoine Marie Zaccaria, l'illustre fondateur des Barnabites († 1539). Une main pieuse s'est associée à ce joyeux évènement, en publiant une série de trente-cinq documents, puisés aux meilleures sources, les procès de beatification et les archives générales de la congrégation des Barnabites. Il y a là des pages inédites qui pour le culte du bienheureux ne manquent pas d'intérêt.

Sous le titre **Hagiographia** (1), M. M. S. Tavagnutti vient d'éditer un catalogue systématique des principales biographies, sermons et ouvrages de dévotion qui ont paru durant ces cinquante dernières années sur la personne de Jésus-Christ, la sainte Vierge, les Saints, les Bienheureux et les Papes. Ce répertoire est exclusivement allemand et mentionne peu de travaux scientifiques.

M. E. Motta, bibliothécaire du prince Trivulzio, a publié deux lettres autographes, l'une de saint Charles Borromée, datée de Sainte-Catherine del Sasso, 15 juillet 1580, l'autre, du vénérable Gratien Ponzoni, datée d'Arona, 29 décembre 1648 (2).

Une **Étude historique et critique sur saint Tharsicius, acolyte**, par le P. J. M. Lambert, de la Congrég. du T. S. Sacrement (Rome, 1890, 12°, p. 189), met surtout en lumière les diverses translations des reliques de ce premier martyr de l'Eucha-

(1) M. S. Tavagnutti, *Hagiographia.* Wien, 1891. 8°, 150 p. — (2) *Autografi di S. Carlo Borromeo e dell' Arciprete Graziano Ponzoni d'Arona* (1580-1648). Como, 1890. 4°, 8 p.

ristie. A retenir ce jugement, qui semble définitif : " *Tout en admettant la translation à Naples, en 1646, d'un corps saint du nom de saint Tharsicius, martyr, on n'est pas en droit d'en conclure, puisqu'on n'a, pour appuyer cette prétention, ni document historique, ni acte pontifical ou autre, daté de cette époque, que ce corps est celui du martyr eucharistique* " (p. 132). L'auteur, pour ajouter à l'intérêt de son sujet, a mis habilement en œuvre les recherches des archéologues sur le cimetière de Calliste. Toutefois nous lui ferons une petite querelle d'avoir multiplié sans raison les citations textuelles au bas des pages et de s'être attardé à discuter l'orthographe de Tharsicius (ou Tarsicius, ou Tharsitius, p. 21-6). De plus, dans la primitive Église, ce n'est pas tous les jours (p. 32), mais seulement le dimanche qu'on offrait le sacrifice eucharistique.

Dans le *Catholic World* de New-York, tome LI, p. 533-39, M. l'abbé Ed. Mac Sweeny écrit un chaud plaidoyer en faveur de saints cachés, **Hidden Saints**, qui mériteraient les honneurs de la canonisation.

A. J. Flament. — **De wedervinding van het grafmonument der HH. Monulphus en Gondulphus bisschoppen te Maastricht in de St-Servaas Kerk aldaar**, Maastricht 1890, pp. 90. L'auteur rappelle d'abord comment le 1 et le 3 septembre de l'année 1890 on a retrouvé à Maastricht, dans la collégiale de S. Servais, le monument funéraire élevé à la mémoire des saints évêques Monulphe et Gondulphe. Il tâche ensuite de donner une bonne lecture de l'inscription : Excitus hac arca-ierarcha imprimée dans les *Act. SS.*, tom. IV de juillet, p. 153 et recherche les origines de cette singulière légende, qui prétend que les saints évêques seraient ressuscités pour assister à la dédicace de l'église d'Aix-la-Chapelle faite en 804 par le saint pape Léon III.

M. l'abbé J. Laroche publie dans la *Revue de la Suisse catholique*, 1890, p. 56 et suiv., une étude sur **la manne de saint Nicolas**. Le miracle de la manne, sa nature, la manière dont elle se produit et se recueille journellement, la raison du prodige, les merveilles opérées en faveur de la manne et par la manne, telles sont les questions touchées dans ce travail. La méthode de l'auteur a des allures bien scolastiques. On peut se demander également si l'exégèse moderne approuvera le rapprochement du fait rapporté dans le livre des Juges XV, 19, avec le miracle de la manne. Cette analogie est d'ailleurs empruntée à Benoît XIV, *de Servv. Dei beatif. et canoniz.* l. IV, p. 1, c. 31.

Sainte Perpétue et sainte Félicité. — La découverte de la rédaction en grec de la Passion de ces illustres martyres de Carthage a fait quelque bruit dans le monde de l'érudition. MM. Rendel Harris et Gifford ont trouvé le texte dans un légendaire du mois de février de la Bibliothèque du Saint-Sépulcre, et l'ont publié dans un élégant petit volume qui fait honneur à la *Cambridge University Press* (1).

(1) *The Acts of the Martyrdom of Perpetua and Felicitas.* London, C. I. Clay, 1890.



Le texte grec nous paraît très correctement édité. Nous croyons toutefois devoir faire quelques observations. P. 39, l. 1, n'y a-t-il pas lieu de corriger le δόγματα du codex en δείγματα, d'autant plus que l'on a παραδείγματα plus loin? Même page, l. 14, nous ne voyons aucun motif de préférer ἐγχεῶ à ἐκχεῶ du ms. : le sens appelle ἐκχεῶ et le texte de Joël et des Actes n'a aucune variante à cet endroit. Même page encore, l. 17, si ἐνυπνισθήσονται n'est pas une faute d'impression et se trouve vraiment dans le ms., il eût fallu faire la correction ἐνυπνιασθήσονται, qui seul est grec, même en byzantin. P. 41, l. 14, puisque le codex a Φηληκητάτη, nous aurions préféré, au lieu de Φηλικητάτη choisi par les éditeurs, la forme Φηλικιτάτη plus rapprochée du latin. P. 43, l. 6, il doit y avoir une faute d'impression; car on ne voit pas de différence entre μόνον des éditeurs et μόνον qu'ils citent comme la leçon du manuscrit. P. 47, l. 22, y a-t-il une raison de supprimer τις après Ἱλαρίανος? P. 51, l. 16, μετὰ πολλῆς τῆς σπουδῆς du ms. ne nous paraît pas exiger la suppression de τῆς. P. 65, l. 22, si μασθοὺς des éditeurs vaut certes mieux que μασθοῖς du codex, cette dernière forme n'est pourtant pas fautive et n'appelait pas de correction.

Voici une remarque plus importante. Au § II, p. 41, l. 13, les Actes grecs rapportent que les martyrs furent saisis ἐν πόλει Θουβουρβιτάνων τῇ μικροτέρᾳ. Ce détail est extrêmement intéressant. C'est absolument le premier et l'unique document qui nous permet de dire que les martyrs souffrirent à *Thuburbo Minor*. Ce point restait dans l'ombre jusqu'ici. Cependant le ms. ne porte pas Θουβουρβιτάνων, qui est une correction des éditeurs; ceux-ci nous disent que le codex a θουκριτανων. Nous doutons un peu que les éditeurs aient bien lu et, étant donnée la confusion paléographique du β et du κ, nous ne serions pas étonné d'apprendre que le codex eût en réalité Θουβριτανῶν. Cette conjecture se fortifie du fait que ce nom de ville africaine est ainsi mutilé dans la plupart des Ménologes et des Synaxaires. Nous lisons en effet dans un ancien Ménologe écrit en 1062 (cod. Parisin. gr. 1590, fol. 199ᵛ) αὕτη ἦν ἐκ πόλεως Θουβριτανῶν τῆς Ἀφρυκῆς.

La publication de ce texte a soulevé une question très intéressante. MM. Harris et Gifford sont convaincus que le texte latin, celui publié par Holstein, Valois et Ruinart, est une traduction du texte grec qu'ils ont découvert. Leur opinion est partagée par M. Harnack (1) et par la *Revue de l'histoire des religions* (2). Assurément, certains détails assez séduisants peuvent, à première vue, favoriser cette hypothèse. Mais dans une lecture faite récemment à l'Académie des Inscriptions et Belles-Lettres (25 janvier 1891), M. l'abbé Duchesne a chaudement revendiqué la priorité pour le texte latin. Dans le dernier numéro de la *Zeitschrift für wissenschaftliche Theologie*, M. Hilgenfeld a émis une autre hypothèse. Il pense que la Passion, du moins le journal de Perpétue, fut rédigé en punique. Cette opinion n'est pas, croyons-nous, destinée à un grand succès.

MM. Rendel Harris et Gifford reprennent la thèse de Basnage et de M. Renan pour démontrer que Perpétue et Félicité appartenaient à la secte Montaniste.

(1) *Theolog. Literaturzeit.*, 1890, nº 16. — (2) T. XXII, p. 238.



Leurs arguments sont extrêmement faibles, et ils ont été réfutés depuis longtemps dans la dissertation d'Orsi (1). Les preuves nouvelles qu'ils apportent ne tiennent pas. Que peut-on tirer de l'absence des époux de Félicité et de Perpétue? La tentative de faire paraître les martyrs sous l'habit des prêtresses de Cérès est si peu une allusion au Montanisme que MM. Harris et Gifford réfutent eux-mêmes, p. 62 en note, cette preuve qu'ils invoquaient p. 5. La bouchée de fromage donnée en vision à Perpétue rappelât-elle une pratique de la secte des Artotyres, on n'aurait rien démontré pour le Montanisme, car il n'est pas établi que les Artotyres fussent des montanistes. Enfin, les doctes éditeurs exagèrent la portée du texte ἀλλά γε καὶ τοὺς μάρτυρας (p. 58) de la vision de Satur. Cela ne signifie nullement qu'il vit au ciel *surtout des martyrs*, mais simplement *aussi des martyrs*.

On s'était aperçu depuis longtemps que la Translation de saint Denis qui a servi de base au récit du chroniqueur Arenpeckh (Pez, *Thes. Anecd.*, III, 3, 128) était une rédaction plus originale et plus ancienne que la *Translatio S. Dionysii* publiée dans les *Monumenta Germaniae*, Scr. t. XI, p. 343 suiv.; cette forme primitive n'avait malheureusement été signalée dans aucun manuscrit. M. L. von Heinemann vient de la retrouver parmi les nouvelles acquisitions de la bibliothèque de Wolfenbüttel, et la publie dans le *Neues Archiv*, t. XV, p. 340-358, avec un faux diplôme de l'empereur Henri III, 7 octobre 1052 (p. 358-361.) L'introduction (p. 333-340) est consacrée en grande partie à établir que la *Translatio* est l'œuvre du moine de Saint-Emmeran, Othlon. C'est une hypothèse plausible, mais rien qu'une hypothèse, uniquement basée sur les caractères internes du morceau.

M. l'abbé Cardon a publié une excellente traduction de la **Vie du Bienheureux Jean Fisher**, par le R. P. Bridgett, C. SS. R. (Lille, 1890, 8°, p. XII-420). Il a pu mettre à profit les notes que l'auteur destine à une seconde édition anglaise. Sur ces notes et sur l'étude que le traducteur consacre à des manuscrits du British Museum, qui renferment une vie du bienheureux Fisher, attribuée à Hall, nous aurons lieu de revenir prochainement et de faire des réserves à propos d'un travail analogue que nous avons entrepris. " L'édition française de la vie du Bienheureux Jean Fisher reproduit en substance le livre du R. P. Bridgett. Nous avons cru bien faire en supprimant quelques controverses d'un moindre intérêt pour des lecteurs français (p. XII) „. Une des sources les plus précieuses d'informations sont les lettres d'Eustache Chapuys, ambassadeur de Charles-Quint à la cour de Henry VIII. On saura gré à M. l'abbé Cardon de les avoir citées dans leur texte original français jusqu'ici inédit, et non d'après la traduction espagnole de M. P. de Gayangos (*Calendar of state Papers, Spanish*), qui n'est pas toujours fidèle.

(1) *Dissertatio apologetica pro sanctorum Perpetuae, Felicitatis ..... orthodoxia.* Florentiae, 1728, 4°.



La S. Congrégation des Rites vient de nous envoyer les procès imprimés à Rome en 1890 et dont la liste suit :

Abissinensis. Beatificationis et canonizationis seu declarationis martyrii servorum Dei assertorum martyrum **Agathangeli et Cassiani** Ordinis Minorum S. Francisci Capucinorum. *Positio super dubio An sit signanda commissio introductionis causae in casu et ad effectum de quo agitur.* — Mediolanensis. *Concessionis et approbationis missae et officii proprii* in festo B. **Antonii Mariae Zaccaria** fundatoris Congregationis Clericorum Regularium S. Pauli Barnabitarum et Angelicarum S. Pauli. Novus supplex libellus. Instante Rmo P. Alphonso M. Mattioli causae postulatore. — Divionensis. Beatificationis et canonizationis V. S. D. **Benigni Joly** canonici ecclesiae S. Stephani civitatis Divionensis. *Positio super validitate processuum tum apostolica tum ordinaria auctoritate constructorum.* — Augusta in Pedemonte. *Concessionis et approbationis officii proprii et missae* in honorem beati **Bonifacii de Valperga** episcopi olim Augustani. Instantibus episcopo, clero et dioecesi Augustensi. — Viglevanensis. *Confirmationis cultus* ab immemorabili tempore praestiti servo Dei Fr. **Christophoro a Macassoliis** Beato nuncupato. Instantibus Rmo D. episcopo Viglevanensi et postulatore generali Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia. — Augustana. Beatificationis et canonizationis ven. servae Dei sororis **Crescentiae Hœssin** monialis professae tertii ordinis S. Francisci in monasterio Kauffburano. *Positio super validitate processus in curia Augustana constructi super miraculis ven. servae Dei.* — Assisiensis. Praecedentiae pro confraternitate SS. **Stigmatum S. Francisci** contra confraternitatem S. Clarae. *Responsio ad defensorem sodalitatis S. Clarae.* — Cochinchinensis, Tunquinensis et Sinarum. Beatificationis seu declarationis martyrii venerabilium Dei servorum **Francisci Isidori Gagelin** missionarii apostolici et provicarii generalis Cochinchinae, **Gabrielis Taurini Dufresse** episcopi Tabracensis et sociorum in odium fidei ab infidelibus interfectorum. *Positio super validitate processuum et super non cultu.* — Quebecensis. Beatificationis et canonizationis servi Dei **Francisci de Montmorency Laval** primi Quebecensis episcopi. *Positio super introductione causae.* — Romana. Beatificationis et canonizationis ven. servi Dei **Gasparis del Bufalo** canonici basilicae S. Marci de Urbe fundatoris congregationis missionariorum pretiosissimi sanguinis D. N. I. C. *Novissima positio super virtutibus.* — Valvensis et Sulmonensis. *Confirmationis cultus* ab immemorabili tempore praestiti servae Dei **Gemmae** virgini oppidi Gordiani Siculi sanctae et beatae nuncupatae. *Positio super dubio An constet de casu excepto a decretis sa : me : Urbani PP. VIII.* — Valvensis et Sulmonensis. *Concessionis et approbationis missae et officii proprii* in festo B. **Gemmae** virginis patronae praecipuae oppidi Gordiani Siculi. Instantibus episcopo Valvensi et Sulmonensi et reliquis provinciae Apruntinae. — Tunquinensis. Beatificationis seu declarationis martyrii venerabilium Dei servorum **Ignatii Delgado** episcopi Mellipotamensis Ord. Praed. vicarii apostolici Tunquini Orientalis, **Dominici Henares** episcopi Tesseitensis Ord. Praed. coadjutoris praefati episcopi et sociorum in odium fidei ab infidelibus interfectorum. *Positio super*

validitate processuum et super non cultu. — Tunquinensis. Beatificationis seu declarationis martyrii venerabilium Dei servorum **Ignatii Delgado** episcopi Mellipotamensis Ord. Praed. et sociorum in odium fidei ab idololatris interfectorum. Item Conchinchinensis Tunquinensis et Sinarum. Beatificationis seu declarationis martyrii venerabilium Dei servorum **Francisci Isidori Gagelin** missionarii apostolici et provicarii generalis Cochinchinae et sociorum in odium fidei ab idololatris interfectorum pertinentium ad Parisiense seminarium missionum ad exteros. *Positio super validitate processuum et super non cultu.* — Resolutionis dubiorum super cultu **sacrae familiae Jesu, Mariae, Joseph.** *Positio ex officio.* — Lucionensis seu geminae familiae Missionariorum societatis Mariae et puellarum a sapientia. *Concessionis et approbationis trium festivitatum cum officiis et missis* in honorem nempe **Divinae sapientiae Incarnatae, sedis sapientiae** et **beati Henrici Suzonis** O. P. — Januensis. *Elevationis ritus, translationis festi, concessionis et approbationis officii et missae propriae* in honorem Ssmi **Sudarii D. N. J. C.** Instantibus reverendissimo archiepiscopo et clero. — Januensis. Beatificationis et canonizationis ven. servae Dei **Joannae Mariae Baptistae Solimani** fundatricis sanctimonialium et sacerdotum missionariorum S. Joannis Baptistae. *Positio super virtutibus.* — Urbis et Orbis. Approbationis sive extensionis pro universa ecclesia officii de praecepto in honorem sancti **Joannis Damasceni.** *Positio ex officio.* — Sinarum. *Concessionis et approbationis officii proprii ac elogii Martyrologio inserendi* in festo beati **Joannis Gabrielis Perboyre**, sacerdotis e congregatione missionis S. Vincentii a Paulo. Instante Rmo D. Philippo Valentino sacerdote ejusdem congregationis causae postulatore. — Salutiarum. *Concessionis et approbationis officii et missae* in honorem B. **Joannis Juvenalis Ancinae** episcopi Salutiarum e primis S. Philippi Nerii discipulis e Congregatione Oratorii. Instantibus PP. Oratorii S. Philippi Nerei cum P. Joan. Carolo Scaramucci praeposito PP. Oratorii Urbis et causae postulatore. — Sancti Deodati et Sinarum. Beatificationis et canonizationis servi Dei **Joannis Martini Moije** sacerdotis ab exteris Missionibus et fundatoris congregationis sororum a Providentia. *Positio super introductione causae.* — Taurinensis. Beatificationis et canonizationis ven. servi Dei **Josephi Benedicti Cottolengo** canonici sacerdotis fundatoris instituti Taurinensis Parvae Domus Divinae Providentiae. *Positio super validitate processuum.* — Namurcensis. Beatificationis et canonizationis ven. servae Dei **Juliae Billiart** fundatricis congregationis sororum B. M. Virginis. *Positio super non cultu.* — Theatina. *Concessionis et approbationis officii et missae* magis propriae honori **S. Justini** episcopi et confessoris, civis et principalis patroni civitatis et dioecesis Theatinae. Instantibus archiepiscopo et clero. — Aretina. Confirmationis cultus ab immemorabili tempore praestiti servae Dei sorori **Justinae Francucci Bezzoli** Ordinis sancti Benedicti beatae nuncupatae. *Positio super dubio An sententia judicum ab Illmo ac Rmo Domino Aretino episcopo delegatorum sit confirmanda in casu et ad effectum de quo agitur.* — Guastallensis. Beatificationis et canonizationis V. S. D. **Laurentii a Zibello** sacerdotis professi Ordinis Minorum S. Francisci Capucinorum. *Positio super non cultu.* — Saltensis. *Concessionis et approbationis*



officii et missae propriae in festo coronationis beatae **Mariae Virginis de Valle** catamarcensis. Instantibus vicario capitulari, utroque clero et populo. — Barensis. *Concessionis et approbationis missae et officii proprii cum octava* in honorem beatae **Mariae Virginis** Constantinopolitanae patronae et protectoris civitatis Barensis et totius dioecesis ac provinciae. Instante Rmo archiepiscopo Barensi una cum clero et populo dioecesis suae. — Astensis. *Concessionis et approbationis officii et missae* in honorem B. **Virginis Mariae** sub titulo Reginae apostolorum. Instantibus Illmo ac Rmo D. episcopo Astensi et praeside ecclesiae Masiensis. — Marianopolitana. Beatificationis et canonizationis servae Dei **Mariae Margaritae Dufrost de Lajemmerais** viduae d'Youville institutricis et primae antistitae sororum charitatis Marianopoli. *Positio super introductione causae*. — Sebenicensis. *Concessionis et approbationis officii et missae* in honorem beati **Nicolai Tavileo** sacerdotis professi Ordinis Minorum conventualium S. Francisci. Instante Rmo episcopo Sebenicensi una cum clero et populo dioecesis suae. — Tullensis seu Sancti Deodati. Canonizationis beati **Petri Forerii de Mataincuria** parochi reformatoris congregationis canonicorum regularium S. Augustini et institutoris sanctimonialium ejusdem ordinis. *Positio super validitate processuum*. — Urbis et Orbis. *Extensionis officii ac missae* sancti **Silvestri Abbatis** ad ecclesiam universam. Instantibus plurimis S. R. ecclesiae cardinalibus, archiepiscopis et episcopis una cum abbate generali Ordinis Silvestrinorum.

M. L. von Heinemann, qui avait daté le *Vita Gerardi Broniensis* de l'année 1045 environ, revient sur cette opinion, et conclut de l'examen de plusieurs anciens diplômes de Brogne, que cette vie a été écrite peu après le mois de décembre 1038. *(Neues Archiv*, t. XV, p. 592-96.)

Outre la grande légende de saint François, saint Bonaventure en écrivit une plus abrégée, *legenda minor*, que les Bollandistes ont citée plusieurs fois, mais qu'ils n'ont point publiée. M. E. Sackur annonce dans le *Neues Archiv*, t. XV, p. 597-99, **Zu den Legenden des hl. Franz von Assisi** qu'il vient de la retrouver à un endroit où on ne songerait guère à la chercher, dans les Annales du Hainaut de Jacques de Guise, livre XIX, c. 35-62. Il n'était peut-être pas besoin de s'aventurer si loin. La *legenda minor* se rencontre, en partie du moins, dans presque tous les bréviaires franciscains, où elle est distribuée en leçons pour la fête et l'octave de saint François. La remarque a été faite à propos du ms. 1328-37 de Bruxelles, où la légende abrégée se trouve en entier. *(Catalog. Codd. Hagiogr. bibl. reg. Bruxell.*, t. I, p. 290.)

(A continuer.)

ACTA

SANCTI THEOGNII

EPISCOPI BETELIAE

PAULO ELUSENSI ET CYRILLO SCYTHOPOLITANO AUCTORIBUS

EX CODICE PARISINO COISLINIANO N° 303

NUNC PRIMUM, CUM INTERPRETATIONE LATINA, GRAECE EDITA

---

1. Usque ad annum 1715, quo Bernardus de Montfaucon vulgavit catalogum Bibliothecae Seguerianae seu Coislinianae (1), e codicum latebris non prolatum fuisse videtur nomen sancti Theognii. Nec etiam postea ampliorem nactum est famam, utpote quod non nisi raro, olim nempe a Fabricio (2), nuper a cl. viro Hermanno Usener (3), recitatum fuerit in Cyrilli Scythopolitani operum recensione. Immo nunc primum, ni fallimur, in impresso libello restitutus est sancto Theognio genuinus ejus titulus, scilicet episcopi Beteliae; siquidem, qua deceptus oscitantia nescimus, Bernardus de Montfaucon eum appellaverit in laudato opere *episcopum Cypri*. Quare a serie praesulum Beteliensium huc usque publici juris facta, cum apud Le Quien, tum apud Gams, exsulavit nomen sancti Theognii. Igitur de illius beati viri rebus gestis, et praesertim de scriptoribus, quorum opera jam edenda sunt, pauca praeloqui haud erit superfluum.

2. Ut ex Actis constabit, qui unicus exstat fons unde quicquid de eo notum est haurire liceat, Theognius oriundus fuit ex Cappadocia, in pago videlicet Ariarathiae, ut apud Cyrillum magis definite indicatur, natus. Quonam tempore lucem aspexerit inde potest erui quod e vivis decessit annos natus nonaginta septem, die octava Februarii, indictionis XV, initio regni Justini; at indictio XV hujus aetatis incidit in annum 521. Igitur diem supremum obiit Theognius anno 522, natus proin anno 425. Postquam prioris vitae cursum monasticae disciplinae addictus in propria sua regione transegit, in Palaestinam venit, teste Cyrillo, anno imperatoris Marciani quinto seu Christi 454. Ibi cooptatus est primum inter alumnos sancti Theodosii coenobiarchae, cujus nuper Acta

(1) *Bibliotheca Coisliniana, olim Segueriana*, part. II, cap. IV, p. 417. — (2) *Bibl. gr.*, tom. XI, p. 99. — (3) *Der heilige Theodosios*, p. XVII.




primigenia in publicam lucem protulit et eruditisssime commentatus est cl. vir Hermannus Usener (1). Postea vero ipse Theognius, tunc annos natus quinquaginta, nimirum anno 475, monasterium novum condidit: de cujus situ, quoniam tacent Acta nec alia documenta coaetanea quicquam produnt (2), nihil ad nostram memoriam pervenit. Theognii sanctitatis fama ubique jam sparsa, nil mirum, si, ut plerique hujus temporis et ejusdem regionis monachi, provectus fuit ad episcopatum. Helias, patriarcha Hierosolymitanus, eum ordinavit praesulem ecclesiae Beteliensis; quod proinde contigit post annum 494, Theognio jam agente annum sexagesimum septimum.

3. Betelia, parva quaedam civitas, " *vicus Gazaeorum* ", ut scribit cl. vir F. de Saulcy (3), haud longe a mari distabat ad meridiem Gazae. Id perspicue tradunt Acta nostra. Paulus nempe: μικροτάτη δὲ, ait, αὕτη ἐστὶν ἡ πόλις, ἐνενήκοντα μιλίοις ἔνθεν κεχωρισμένη; Cyrillus vero: πολύδριον δὲ τοῦτο παραθαλάσσιον ἐπὶ ἐνενήκοντα μιλίοις διέχον τῆς ἁγίας πόλεως. Nominis urbis non una occurrit forma. Scriptoribus nostris est Βιτύλιος, sicut et in Actis synodi Hierosolymitanae (4); alibi legitur Βιτέλιος, apud Sozomenum invenitur Βηθελία (5), Βηθελέα (6), immo Βοτώλιος (7); apud Latinos vero *Betilium* (8), *Bethirium* (9), *Bethelia* (10), *Bityle* (11), unde in codicibus aberrat in *Vetilium, Vetuliam, Betuliam, Bethelium* (12). Nec inter recentiores eruditos constat de modo scribendi. Apud Relandium (13) leges tum *Bitelion*, tum *Betilion* et *Bethelia;* Kiepert scripsit *Bethelea* (14); opinabatur P. Victor De Buck veram lectionem esse *Bethelia* (15) et simul coniciebat hanc civitatem tenuisse locum hodie nuncupatum *Khan Hettek* prope Gazam. Ad normam codicis quo usi sumus, correctis corrigendis, *Beteliam* scribemus.

4. Haec urbs, non secus ac ceterae orae maritimae civitates, ut Gaza, Tabatha, Anthedon, Raphia et Ascalon (16), diu addicta permansit cultui falsorum deorum, nimirum usque ad quartum saeculum medium. Quo tempore Betelia, quae tunc, teste Sozomeno (17), incolis affluebat, multis deorum delubris erat referta, inter quae eminebat Pantheon, exstructum in colle arte facto ac toti vico superincumbens: ἐν Βηθελίᾳ, κώμῃ Γαζαίᾳ, πολυανθρώπῳ τε οὔσῃ καὶ ἱερὰ ἐχούσῃ ἀρχαιότατα καὶ κατασκευῇ σεμνὰ τοῖς κατοικοῦσι· καὶ μάλιστα τὸ Πάνθεον, ὡς ἐπὶ ἀκροπόλεως χειροποιήτου τινὸς λόφου κείμενον καὶ πανταχόθεν πασῆς τῆς κώμης

(1) Op. cit. — (2) In *Prato spirituali (P. G.*, tom. LXXXIII, p. 3027) citatur coenobium sancti *Theognosti*, melius autem graece τῆς μονῆς τοῦ ἀββᾶ Θεογνίου. — (3) *Dictionnaire topographique abrégé de la Terre-Sainte*, p. 68. — (4) Labbe, tom. V, p. 286. — (5) *P. G.*, tom. LXXVII, p. 1259. — (6) Ibid., p. 1391. — (7) Ibid., p. 1506. — (8) In editione Suriana Vitae S. Hilarionis, n° 20 *(Act. SS. Oct.*, tom. IX, p. 52). — (9) In veteri ed. *Vit. Patrum*, ad S. Hilarionem. — (10) Apud Rosweydium. — (11) In *Hieroclis Synecdemo*, ed. Wesseling, p. 719. — (12) *Act. SS. Oct.*, tom. IX, p. 22, n° 26. — (13) *Palaestina*, tom. I, pp. 208, 223; tom. II, p. 638. — (14) *Atlas antiquus*, cart. 3, H k, 1882. Cfr. in tabula, p. 5. — (15) *Act. SS. Oct.*, tom. IX, p. 22. — (16) Couret, *La Palestine sous les empereurs grecs*, p. 61. — (17) *P. G.*, tom. cit., p. 1259.

ὑπερέχον. Quin et inde nomen venisse insinuat civitati, derivatum ex lingua syriaca (ܒܝܬ ܐܠܗܐ, *deorum domicilium)*. Ad fidem conversa fuit Betelia per sanctum Hilarionem (1), et inter priores qui ibidem Christi doctrinam amplexi sunt annumerantur proavi Sozomeni (2). Haec circiter anno 357 peracta fuisse (3), et fere eodem tempore primum sedisse in Betelia episcopum Aiacem (4) arbitrabatur P. Victor De Buck. Quicquid sit de hac opinione, innotescit nunc primum alius episcopus Beteliae, nempe sanctus Theognius noster, qui sedem tenuit ab anno 494 ad 522. Ipsi successisse videtur Manuel, qui anno 536 subscripsit Actis Concilii Constantinopolitani (5).

5. Hoc est igitur primum documentorum heic subjectorum momentum, quod scilicet incognitum adhuc detegunt episcopum sedis Beteliensis. Est et aliud jam indigitandum. Nactus est sanctus Theognius, non secus ac sanctus Theodosius, ejus pater spiritualis, duos historiographos, Paulum monachum ex laura Elusae, de quo statim dicemus, et Cyrillum Scythopolitanum, notissimum hagiographum. Jam vero, nunc edito Cyrilli libello de sancto Theognio, in lucem prodierit quicquid ab illo scriptum novimus. Etenim sancti Euthymii Vitam vulgavit Bernardus de Montfaucon in *Analectis graecis*, tom. I, p. 1-99 (Parisiis 1688); Cotelerius edidit Vitam sancti Sabae in *Ecclesiae graecae monumentis*, tom. III, p. 220-376 (Parisiis 1686); Johannis Silentiarii et Cyriaci Acta a nostris prodierunt in *Actis Sanctorum*, tom. III Maii, p. 16*-21* et tom. VIII Septembris, p. 147-158; tandem, anno proxime elapso, Theodosii Vitam publici juris faciebat cl. vir Hermannus Usener in eruditissima opella cui titulus *Der heilige Theodosios*, p. 105-113. Cyrillus igitur quatuor prolixiores composuit Vitas Sanctorum; duas, Theodosii et Theognii, compendiose tantum, quia eas ab alio digestas invenerat. Plura de celebri Palaestinensi hagiographico, ceteroquin satis noto, heic tradere supersedemus, quia praesertim nuperrime longe lateque de ipso scripsit laudatus jam saepius Hermannus Usener (6).

6. Ad sanctum Theognium quod attinet, nos docet Cyrillus primitus ejus Acta fuisse servata per Paulum monachum quendam ex Elusa civitate. Haec enim legimus apud eum : ἀλλὰ τί χρεία μοι πλειόνων περὶ τοῦ ἀοιδίμου Θεογνίου λόγων, ὅπου γε προλαβὼν ὁ ἀββᾶς Παῦλος, ὁ τῆς μὲν Ἐλούσης πόλεως ἡσυχαστὴς, ἐν μοναχικοῖς δὲ κατορθώμασι καὶ ὀρθοδόξοις δόγμασι λαμπὼν, καὶ βίῳ καὶ λόγῳ φωτίζων ἡμῶν τὰ κατὰ Θεὸν διαβήματα, τὸν αὐτοῦ τοῦ μακαρίου Θεογνίου βίον ἀκριβῶς καὶ κατὰ πλάτος συνεγράψατο; Quisnam fuerit iste Paulus monachus, *silentiarius* (ἡσυχαστής), non datum est reperire modo prorsus indubio. Sane hoc nomine appellati plures occurrunt, saeculo quinto et sexto, inter Palaestinenses monachos: quaedam notae peculiares suadent ut eum cum Paulo Helladico, de quo identidem Joannes Moschus in *Prato spirituali* (7), eundem faciamus.

(1) *P. G.*, tom. cit.; *Act. SS. Oct.*, tom. IX, p. 22, num. 27-30. — (2) Loc. cit. — (3) *Act. SS. Oct.*, tom. cit., p. 21, n. 25. — (4) Ibid., p. 22, n. 29. — (5) Labbe, tom. V, p. 286. Cfr. Le Quien, *Oriens christ.*, tom. III, p. 674. — (6) *Der heilige Theodosios*, p. XII-XXII. — (7) *P. G.*, tom. LXXXVII, pp. 3027, 3030; *Prat Spirit.*, cap. CLX, CLXIII.



Etenim scimus Paulum nostrum ex Hellade oriundum esse, siquidem hoc nos ipse docet (n° 17, ἡνίκα πρώην ἐγὼ κατέλιπον τὴν Ἑλλάδα), atque inde venisse in Palaestinam, ubi prius Aemiliano cuidam coenobiarcho, postea sancto Theognio, discipulus adhaesit, suadente Alexandro, scholastico Ascalonita (1). Urbs vero Elusa in qua floruit Paulus, notissima est, quippe quae saepius citatur apud historicos hujus aetatis. In commentario de sancto Hilarione in fasciculum congessit P. Victor De Buck quaecumque ad hujus civitatis notitiam conferunt (2). Praeterea in hac urbe revera exstitisse lauram audimus ex Joanne Moscho, qui in *Prato spirituali* (3) nominat *abbatem Victorem solitarium in monasterio Elusae.* Attamen non semper remansit Paulus in monasterio Elusae, si ad illum referendus sit locus iste ex *Prato spirituali* (4) : διηγήσατο ἡμῖν ὁ ἀββᾶς Παῦλος ὁ ἡγούμενος τῆς μονῆς τοῦ ἀββᾶ Θεογνίου, *narravit nobis abbas Paulus, antistes coenobii abbatis Theognii.* Et re quidem vera, non pauca Pauli narrationem legenti occurrent quae persuadere valeant eum in monasterio sancti Theognii versatum fuisse.

7. Utrum libellus Pauli Helladici revera nobis praesto sit seu idem reputandus cum illo quem primo loco heic edimus, paucis discutiendum est. Non quidem dubitamus encomium illud de sancto Theognio esse genuinum fetum Pauli de quo audivimus modo Cyrillum Scythopolitanum. Id tamen, quoniam deest auctoris inscriptio, certo certius affirmare non licet. Nihilominus argumenta haud spernenda rem suadent. Et primo quidem argumentum externum inde repeti potest quod simili ratione conjunguntur, in codice quodam Laurentiano Vita sancti Theodosii, late conscripta a Theodoro, Petrarum episcopo, et in compendium redacta a Cyrillo, in codice vero Coisliniano encomium Pauli de sancto Theognio et brevior Cyrilli enarratio. Pro sancto Theodosio nullus fuit dubitandi locus, siquidem inscriptum est opus Theodori συγγραφεὶς ὑπὸ Θεοδώρου, τοῦ ὁσιωτάτου ἐπισκόπου Πετρῶν, γεναμένου αὐτοῦ μαθητοῦ (5). Quod quidem adeo perspicuum testimonium non adest de Paulo, sed ejus defectum aliquatenus supplent verba ferme eadem quibus Cyrillus designavit duas prolixiores Vitas quae in utroque codice abbreviatae ejus scriptioni praepositae sunt. Quod patet ex collatione loci Vitae sancti Theodosii cum illo quem modo recitavimus ex Vitas ancti Theognii : πλὴν ὅτι καὶ ὁ τιμιώτατος Θεόδωρος ὁ ὁσιώτατος τῆς Πετρῶν πόλεως ἐπίσκοπος φοιτητὴς αὐτοῦ γεγονὼς καὶ τοῖς μοναχικοῖς καὶ ἀρχιερατικοῖς κατορθώμασι διαπρέπων σαφῶς καὶ ἀκριβῶς τὰ κατὰ τὸν θεάρεστον αὐτοῦ συνεγράψατο βίον κατὰ πλάτος (6). Praeterea, unde exsurgit et argumentum internum, non raro deprehendi possunt, inter narrata a Cyrillo, sententiae et verba desumpta ex encomio : quae longius esset referre et legenti facile apparebunt. Quicquid sit de auctore prioris Vitae Theognii, quem, ut diximus, Paulum Elusensem, quin probabilius Paulum Helladicum de quo agitur in *Prato spirituali,* esse credimus, id extra

(1) Qui est forsan ὁ ἀββᾶς Ἀλέξανδρος ὁ τοῦ Καλαμῶνος τοῦ ἐν τῷ ἁγίῳ Ἰορδάνῃ (*P. G.*, tom. LXXXVII, p. 3030). — (2) *Act. SS. Oct.*, tom. IX, p. 21. — (3) *P. G.*, tom. cit., p. 3031. — (4) Ibid., p. 3027. — (5) Usener, *Der heilige Theodosios,* p. 3. — (6) Ibid., p. 111.

quaestionem ponendum [est documentum nostrum fetum esse auctoris coaetanei immo et testis oculati, siquidem et Cyrillus Scythopolitanus, qui saeculo sexto floruit, ejus scripto se profitetur usum, et ipse saepius se quae narrat vidisse perspicue affirmat.

8. Vita sancti Theognii, quam Petro Helladico attribuimus, non secus ac Theodori scriptum de sancto Theodosio, potius est dicenda oratio panegyrica. Quod ex prologi et epilogi tenore apprime constat, quin et ex diserto auctoris indicio. Etenim eum audimus loquentem *ad sanctos viros, ad coetum venerandae caritatis, commemorationis agendae causa congregatos* (n. 3). Aperte etiam ostendit se habere concionem cum ait (n. 4 init.): Θεογνίου δὲ, τοῦ πᾶσι προσφιλεστάτου μύρου, μνείας διὰ χειλέων φερομένης : quod praesertim elucet, ut notabimus suo loco, ex usu ecclesiastico vocis μνείας. Denique legentibus in fine illud : ἀλλ' ἵνα μὴ τὴν παροῦσαν διήγησιν ἄγαν ἐκτείνας ἴσως καὶ εἰς ἀγανάκτησιν κινήσω τοὺς παρόντας, παύσομαι μὲν τῆς δημοσιεύσεως τῶν τῆς ψυχῆς ῥεμβασμῶν, haud dubium videbitur agi de sermone habito in ecclesia monasterii sancti Theognii. Ut suo loco indicabimus, propter allusiones quasdam ad facta historica, non ni post annum 526 concionem hanc a Paulo pronuntiatam fuisse censemus.

9. Utrumque documentum excerpsimus ex bene noto codice Bibliothecae Nationalis Parisinae, nuncupato Coisliniano num. 303, unde jam inter *Analecta* nostra prolata et emendata est Vita S. Georgii Chozebitae (1). Encomium Pauli incipit fol. 187v et terminatur fol. 204r, quo ipso folio occurrit compendium Cyrilli quod vergit usque ad fol. 206v. Nullibi alias datum fuit hucusque reperire sancti Theognii Acta : ceteroquin plura documenta in supradicto codice contenta videntur esse unica, ut modo indicata Vita sancti Georgii Chozebitae, nec non Vita sancti Joannicii, auctore Petro monacho, mox vulganda in *Actis Sanctorum*, Novembris tomo altero.

10. His, quae ad documentorum notitiam conferunt, disputatis, de ipso sancto Theognio manet dubium removendum. Etenim Theognii nomen non invenitur inscriptum in sanctorum fastis, in iis saltem qui ad nos pervenerunt, immo nec in Graecorum Menaeis receptum fuit. Attamen, ex Pauli monachi encomio, et Cyrilli Scythopolitani testimonio qui non nisi sanctorum vitas describendas assumpsit, nec non ex insertione horum Actorum in codice hagiographico, liquido satis apparet Theognium hoc post mortem honoratum fuisse cultu qui proprie sanctis reservabatur. Si cultus ille, prius intra limites Beteliensis ecclesiae et Theognii monasterii artatus, latius non diffusus est, haec forsan causa assignanda est quod in Sarracenorum invasione, ineunte saeculo septimo, funditus destructa ecclesia Beteliensi, simul perierit memoria sancti Theognii. Mirabitur etiam forte aliquis nomen Theognii exsulare ex catalogo omnium episcoporum suae provinciae qui subscripserunt anno 518 synodo Hierosolymis habitae et quorum litterae relectae sunt in Concilio Constantinopolitano quinto (2).

(1) Vid. *Anal. Boll.*, tom. VII, p. 95-144 ; 336-370 ; tom. VIII, p. 209 sqq. — (2) Labbe, tom. V, p. 187-194.



At eo tempore non affuisse in Palaestina sanctum Theognium comperimus ex ejus Actis, sed eodem hoc anno versatum esse Constantinopoli apud Justinum imperatorem. Quare, si rerum adjunctis sancti Theognii memoria fuit aliquandiu obscurata, hunc opellae nostrae fructum non exiguum existimaverimus venerando aemulo Euthymii, Hilarionis, Cyriaci, Sabae, Theodosii totque aliorum Palaestinensium ascetarum restauratum quasi et renovatum decus attulisse, nobis vero quod optabat Paulus Helladicus, ejus meritorum intercessionem, sicut et omnium sanctorum : παράλαβε μετά σου, πάτερ, τοὺς ἁγίους ἅπαντας τοῦς φιλοῦντάς σε, καὶ ἅμα αὐτοῖς τὴν ὑπὲρ ἡμῶν τῷ εὐσπλάγχνῳ βασιλεῖ πρεσβεῖαν προσάγαγε.

I

Pauli, monachi Elusensis, encomium de sancto Theognio.

Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν ΘΕΟΓΝΙΟΥ τοῦ ἀσκητοῦ καὶ ἀναχωρητοῦ, γεγονότος ἐπισκόπου τοῦ Βιτυλίου· * εὐλόγησον πάτερ.

* cod. Βητυλίου

[Prologus.] 1. « Λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθε τῶν ἀνθρώπων ὅπως ἴδωσι τὰ καλὰ ἔργα ὑμῶν, καὶ δοξάσωσι * τὸν πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς », Χριστὸς ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης τοῖς ἑαυτοῦ διεστέλλετο μαθηταῖς. Ὅθεν οὗτοι τὸ θεῖον προθύμως δεξάμενοι ἔνταλμα, πᾶσαν μὲν τὴν ὑφήλιον * τῇ ἀστραπῇ τῶν οἰκείων κατορθωμάτων ὑπερβαλλόντως

* cod. δοξάσουσι

* cod. ὑφήλιων

VITA ET CONVERSATIO SANCTI PATRIS NOSTRI THEOGNII, ASCETAE ET ANACHORETAE, QUI FUIT EPISCOPUS BETELIAE. *Jube, Pater, benedicere.*

Prologus.

1. " *Luceat lux vestra coram hominibus ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum qui in caelis est* (1), „ Christus, rex gloriae, suis mandabat discipulis. Quare isti, divina ferventer accepta jussione, omnem quae sub sole est [terram] fulgore suorum

(1) *Matth.*, V, 16.

κατέλαμψαν, τὴν δ' ἐγχειρισθεῖσαν αὐτοῖς διακονίαν ἀμωμήτως πληρώσαντες, τά τε ἑαυτῶν πολύτιμα σώματα τὰ θεότευκτα ὄργανα, ἅπερ νόμος παλαιὸς ἠρυθροδανωμένα* κριῶν ἐκάλεσε δέρματα, καθάπερ τὴν μηλωτὴν ποτὲ Ἠλίας ἐκεῖνος ὁ πυρίπνους προφήτης, ἐπὶ γῆς καταλείψαντες, πρὸς τὸν τῶν ὅλων δημιουργὸν γεγηθότες ἀπεδήμησαν, καὶ τῷ βασιλικῷ καὶ ἀσχηματίστῳ θρόνῳ σὺν παρρησίᾳ παρέστησαν. Ἀλλ' οὐκ ἄρα μόνοις τοῖς ἀποστόλοις δεδόμενον ὑπῆρχε τὸ πιστεύειν εἰς Θεὸν καὶ τὰς ἐντολὰς ποιεῖν τῶν τε ἰδίων ἀγώνων καὶ ἱδρώτων τὰς ἀμοιβὰς παρὰ τῆς παντοκρατορικῆς κομίζεσθαι δεξιᾶς, ἀλλὰ καὶ τοῖς μετ' αὐτοὺς μαθηταῖς καὶ μιμηταῖς γενησομένοις τοῦ Λόγου. Παῦλος γοῦν, ὁ μέγας τοῦ Χριστοῦ κῆρυξ, τοῖς μελιῤῥύτοις τῆς εὐσεβοῦς διδασκαλίας ῥείθροις τὰς ἐκκλησίας* πηγάσας, τοῦτο παραστῆσαι βουλόμενος ἔλεγεν· «Τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἠγώνισμαι», καὶ ἑξῆς· «Λοιπὸν ἀπόκειταί μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος, ὃν ἀποδώσει μοι ὁ κύριος ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, ὁ δίκαιος κριτής, οὐ μόνον δὲ ἐμοί, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς ἠγαπηκόσι τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ.»

2. Διὸ καὶ Θεόγνιος, ὁ Καππαδόκης, ἐξ ἁπαλῶν ὀνύχων τῷ δεσποτικῷ προσηλώμενος πόθῳ, καὶ τὸ τοῦ Ἱερεμίου πληρῶν· «Ἐγὼ δὲ οὐκ

* *cod.* ἠρυθροδανομένα

* *cod.* ταῖς ἐκκλησίαις

praeclare gestorum cum mirabiliter illuminassent, commissum sibi ministerium perfecte implentes, suaque pretiosa corpora, Dei facta instrumenta, ea quae Lex vetus "*pelles arietum rubricatas* (1)" appellavit, ut pallium quondam Helias (2), ille ignem spirans propheta, super terram relinquentes, ad universorum Creatorem gaudentes emigrarunt, et regio immaterialique throno confidenter astiterunt. At non solis quidem apostolis datum est credere in Deum, et mandata facere, propriorumque certaminum et sudorum praemia de manu omnipotenti referre, sed et his qui post illos discipuli et imitatores fierent Verbi. Paulus scilicet, magnus Christi praeco, qui mellifluis piae disciplinae fluentis ecclesias irroravit, illud stabilire volens dicebat (3) : "*Bonum certamen certavi*", et postea : "*In reliquo, reposita est mihi corona justitiae quam reddet mihi Dominus in illa die justus judex, non solum autem mihi, sed et iis qui diligunt adventum ejus*".

2. Quapropter et Theognius Cappadox, a teneris unguiculis dominico quasi clavatus amore, illudque Jeremiae implens (4) : "*Et ego*

(1) *Exod.*, XXV, 5; XXVI, 4; XXXV, 7, 22; XXXIX, 34. — (2) *4 Reg.*, II, 13, 14. — (3) *2 Tim.*, IV, 7, 8. — (4) *Jerem.*, XVII, 16.

ἐκοπίασα κατακολουθῶν ὀπίσω σου», ἔργοις ἀγαθοῖς ἑαυτὸν κατακοσμήσας, καὶ τῇ τε ἀγαμίᾳ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν οἷς Θεὸς ἀρέσκεται, τήν τε οἰκείαν ψυχὴν καὶ πάντας τοὺς ἐγνωκότας αὐτὸν εὐωδιάσας, ἰσχὺν ἀλλάξας, κατὰ τὸν Ἠσαΐαν, καὶ καθάπερ ἀετὸς πτεροφυήσας τῶν τε δεσμῶν τοῦ σώματος μετ' εὐφροσύνης ἀπολυθεὶς εἰς οὐρανὸν ἀνέστη, τὴν ἑαυτοῦ μνήμην ὥσπερ τινὰ στήλην φωτὸς καταλιπὼν* τοῖς μετέπειτα.

* cod. καταλειπὼν

3. Ἐγὼ τοίνυν τὰ κατὰ τὸν θαυμαστὸν λεχθέντα λογιζόμενος ἄνδρα, ὅπως τε καθαρῶς καὶ ἀμιάντως βεβίωκεν, ὅπως τε ταπεινόφρων ἐτύγχανε, καὶ ὅπως νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν πόνῳ καρδίας μεγίστῳ καὶ δαψιλέσι * δάκρυσιν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτανόντων τὸ κρεῖττον ἐξημαρίζετο*, καὶ ἐν ποίαις ἀρτίως ἀνεκλαλήτοις σκηναῖς αἰωνίοις καὶ βασιλείοις ἀφθάρτοις σὺν ἀγγέλοις αὐλίζεται, τήν τε ἐμαυτοῦ ῥᾳθυμίαν ἐννοῶν, καὶ τὴν ἄβυσσον τοῦ πυρὸς τοῦ ἀσβέστου, καὶ τὰς ἀλήκτους ἐκείνας βασάνους αἷς παραδοθήσεσθαι προσδοκῶ, ἤθελον σιωπῆσαι μὲν νῦν ἐφ' ὑμῶν, (τὸν γὰρ τῇ ἁμαρτίᾳ τρωθέντα τῷ τῆς σιγῆς σκεπάσματι τὸ στόμα καλύπτειν ὁ νόμος ἐθέσπισεν), ἐν ἄντρῳ δὲ ζοφερῷ ἐμαυτὸν κατακλεῖσαι, καὶ κλαίειν

* cod. δαψηλέσι
* cod. ἐξημερίζετο

non sum turbatus, te sequens „, operibus bonis cum seipsum deornasset, nec non virginitate, aliisque omnibus quibus Deo placetur, et cum propriam animam atque omnes qui eum cognoverunt bono perfudisset odore, “ *mittens fortitudinem* „, juxta Isaiam (1), et sicut aquila alis elata, vinculis corporis cum exsultatione solutus ad caelum ascendit, memoriam sui, ad instar columnae igneae, relinquens posteris.

3. Equidem quae de mirabili hoc viro dicta sunt recogitans, quam puram et incorruptam egerit vitam, quam humilis extiterit, quomodo noctu dieque (2) in labore cordis maximo et largo fletu pro peccatoribus ad melius se disposuerit, et in quibus ineffabilibus tabernaculis aeternis et in regiis non desituris cum angelis in aula nuper exceptus sit (3), simul meam ignaviam considerans et abyssum ignis qui non exstinguetur et indesinentia illa tormenta quibus me traditum iri expecto, volebam tacere nunc coram vobis (illum enim qui peccato vulneratus est (4) silentii velo os operire lex decernit), et in

(1) *Is.*, XLI, 1. — (2) Graece νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν. Cfr. Usener, *Der heilige Theodosios*, p. 48. l, 12. — (3) Graecam vocem αὐλίζεται germanice vertit Usener *lagert, nimmt quartier*, (Op. cit., p. 131), juxta Bekkers, *An. gr.*, 463, 22, αὐλίζεσθαι· τὸ ἐπὶ τῆς αὐλῆς διακυντερεύειν καὶ κατάγεσθαι καὶ...ἐπιμένειν. — (4) Τῇ ἁμαρτίᾳ τρωθέντα. Usum verbi notavit eruditissime jam laudatus Usener (Op. cit., p. 121)

ἀπαύστως καὶ κόπτεσθαι *. Οἶδα γάρ, οἶδα, καὶ ὑπὸ τοῦ συνειδότος ἐλέγχομαι, ὅτι τὴν τῆς παρούσης ζωῆς ἀτραπὸν ἠμελημένως ὥδευσα, τοῦ λόγου καταφρονήσας τοῦ συμβουλεύοντός μοι ἀποστρέφειν τὸν πόδα ἀφ'* ὁδοῦ τραχείας καὶ τὴν λείαν** βαδίζειν· ἀλλ' ἵνα μὴ τόν τε σύλλογον τῆς ὑμετέρας προσκυνητῆς μοι ἀγάπης, καὶ τοὺς τοῦ μνημοσύνου χάριν συναθροισθέντας ἐνταῦθα ὁσίους ἄνδρας κατηφεῖν καὶ στυγνάζειν * παρασκευάσω, λέγειν μικρὰ ἀντὶ μεγάλων καὶ ἐκ πολλῶν ὀλίγα πειράσομαι, στεναγμῷ βαθυτάτῳ τὸ νέφος σκεδάσας τῆς ἀθυμίας.

* *cod.* κοπίεσθαι
* *cod.* ἀπὸ
** *cod.* λίαν
* *cod.* στοιγνάζειν

4. Θεογνίου δὲ τοῦ πᾶσι προσφιλεστάτου μύρου μνείας διὰ χειλέων φερομένης, ἡ τῶν οὐρανίων ἄστρων χορεία τερπέσθω καὶ ἀγαλλέσθω, ἡ δὲ γῆ εὐφραινέσθω, ὁ ἀὴρ γελάτω, τῶν ἀσωμάτων μάλιστα δυνάμεων τῇ μνήμῃ τοῦ ἀνθρώπου τοῦ Θεοῦ συγχαιρουσῶν, αἵτινες ἔτι ἐν τῷ παρόντι βίῳ τοῦτον ἀθλοῦντα βλέπουσαι ἐθαύμαζον, πῶς ἀσαρκοῖς πολεμισταῖς ὁ τὴν σάρκα φορῶν παρετάττετο, πῶς τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας τούς τε

antro obscuro meipsum includere, flere indesinenter et paenitentiam agere. Scio etenim, scio, idque conscientia exprobrat, me in praesentis vitae semita negligenter itinerasse, et vocem contempsisse me adhortatam ut pedem referrem a " *via aspera* „ et " *in plana* „ ambularem (1). Sed cum coetum vestrae venerandae caritatis et, commemorationis agendae causa, congregatos heic sanctos viros pudore et tristitia afficere nolim, dicere parva pro magnis et ex multis pauca conabor, cum gemitu intimo nube discussa dejecti animi.

4. Dum autem Theognii, omnibus carissimi unguenti, anniversaria dies (2) labiis celebratur, caelestium siderum chorus gaudeat et exultet, terra laetetur, aer rideat, angelicis praesertim potestatibus commemoratione viri Dei congaudentibus, quae in praesenti vita decertantem illum ammiratae sunt, quomodo nempe incorporeis athletis ille qui carnem ferebat aemulatus sit, quomodo principia et potestates tenebrarum, mundi dominas, et spiritus malignos humilis

frequentem apud hujus aetatis scriptores. Dubia tamen nobis apparet comparatio quam ipse adducit ex classicorum auctorum locis. — (1) *Is.*, XL, 4. Juvabit heic animadvertisse ex hoc loco aperte prodere Paulum monachum sibi praesto fuisse Scripturarum codicem Alexandrinum. Etenim hic locum Isaiae, ad quem alluditur, his verbis refert : καὶ ἡ τραχεῖα εἰς ὁδοὺς λείας. Textus vero receptus est : καὶ ἡ τραχεῖα εἰς πεδία. — (2) Vox graeca μνεία est, ut notat Sophocles *(Greek Lexicon of roman and byzantine Periods)*, qui affert testimonia excerpta e Concilio Laodiceno, S. Gregorio Nysseno, Socrate et Eusebio, verbum maxime proprium ad designandum festum diei anniversarii sanctorum.

* *cod.* πνευμάτικα

κοσμοκράτορας τοῦ σκότους καὶ τὰ πνεύματα τὰ * τῆς πονηρίας ὁ εὐτελής, οἰκτρός τε καὶ ἀκτήμων ἔτυπτε, συνεπόδιζε, καὶ ἐπάτει, καὶ ᾐχμαλώτευε.

§ 1. — **De vita ascetica sancti Theognii**.

19. Ἀντίπατρον ὑμεῖς πάντως οἴδατε, τὸν τὴν δουκικὴν ἀρχὴν πρώην ἐγχειρισθέντα, ὅς περιεβέβλητο ἀποτομίαν καὶ θρασύτητα πολλήν, καθὼς οἱ τότε τοῦτον ὁρῶντες ἐν τῇ πόλει ἔφασκον· ἐγὼ γὰρ ἐν τῇ ἐρήμῳ διάγων οὐχ ἑώρακα τὸ πρόσωπον τοῦ ἀνδρός. Κληρικὸς τοίνυν Βιτυλιώτης ἐγκλήματι τινὶ ἔνοχος γινόμενος τῷ δουκὶ παρεπέμφθη, καὶ τῇ κελεύσει τούτου τὴν φυλακὴν ᾤκησε μέχρι θανάτου κινδυνεύσειν* νομίσας. Τῶν τε φίλων ἁπάντων τῷ φόβῳ ἀποστάντων, καὶ μηδενὸς βοηθεῖν δυναμένου ἢ θέλοντος, ὁ μακαρίτης Θεόγνιος δι' ἑαυτοῦ σκυλῆναι πρὸς τὸν δοῦκα τούτου χάριν ἠπείγετο. Πολλῶν τε κωλυόντων καὶ πρὸς αὐτὸν λεγόντων· Σεαυτόν, ὦ πάτερ, τιμῆσαι βουλήθητι, καὶ μεῖνον ἐπὶ τὸν τόπον· ἐὰν γὰρ διὰ τοῦτο πορευθῇς πρὸς Ἀντίπατρον, ὑβρισθεὶς* παρ' ἀξίαν ὧδε

* *cod.* κινδυνεῦσαι

* *cod.* ὑβρισθῆς

dolerent. Post breve igitur tempus, cum transiret Theognius ad Beteliam, retinui eum cohortatus* (1)....., *tractaverunt*: *valde enim a pecunia abhorrebat, et erat misericors, si quisquam, condolens et benignus.

19. Antipatrum vos plane novistis, cui ducis munus nuper commissum (2), qui prae se ferebat duritiem et audaciam maximam, ut qui tunc eum viderunt in urbe affirmabant : equidem in eremo versatus non vidi faciem istius hominis. Clericus vero Beteliensis, criminis alicujus reus, ad ducem delatus est, et jussu ipsius carcere detentus est, vitam periclitari ratus. Amicis omnibus prae timore digressis, cum nemo opem ferre valeret aut vellet, beatus Theognius ut ipsemet adiret (3) ducem pro eo incitabatur animo. Cumque multi obsisterent et ipsi dicerent : *Tuo honori, pater, consulere velis et consiste in loco : si enim propter hoc profectus fueris ad Antipatrum, indigne contumelia affectus huc reverteris. Solet namque vir iste*

(1) In verbum παρακαλέσας incidit finis folii signati in codice 197v. Jam vero cum heic abrumpatur sermo, deesse putarim folium inter 197 et 198 avulsum, quod ceteroquin patet ex quaternionum inspectione. — (2) Duces Palaestinae provinciam regebant nomine imperatorum Byzantinorum. De Antipatro nihil alibi audivimus, sed iisdem fere temporibus innotescunt duo alii duces Palaestinae, Anastasius et Olympius, ex Vita S. Theodosii (Usener, *op. cit.*, p. 158, 164) et S. Sabae (ed. Coteler., *loc. cit.*, p. 310, 313). — (3) Graece σκυλῆναι πρὸς τὸν δοῦκα. Vox σκύλλω est *vexare*. Cfr. *Matth.*, IX, 36. Sed cum praepositione πρός est " sibi molestiam inferre ad eundum apud aliquem. " Ita dicit Eusebius (*P. G.*, tom. XIX, p. 121) σκυλῆναι πρός με.

ἐπανελεύσῃ, τοῦτο γὰρ ἔθος ἐνυπάρχει τῷ ἀνδρὶ ἀτιμάζειν ἀεὶ τοὺς φιλαρέτους ἄνδρας, φησὶν ὁ καλόγηρος· Ἐγὼ μέχρι τῆς δεῦρο τιμὴν παρὰ ἀνθρώπων οὐκ ἐπόθησα, σπουδάσω τοίνυν δι' εὐσπλαγχνίαν Χριστοῦ ἐξελέσθαι θλίψεως τὸν ἀδοκήτῳ συμφορᾷ κρατηθέντα, κἂν διὰ τοῦτο ἔλθοιμι ἀτιμία καὶ ὕβρεις * οὐδαμῶς λυπηθήσομαι, ἀλλὰ καὶ χαρήσομαι **. Ταῦτα εἰπὼν πρὸς τὸν δοῦκα πορεύεται. Ἰδὼν δὲ ἐκεῖνος πόρρωθεν τὸν μέγαν ἐρχόμενον δρομαῖος * ἐλθὼν εἰς συνάντησιν περιεπλάκη τε τούτῳ καὶ γνησίως ἠσπάσατο. Ὁ γέρων δὲ εὐθέως ὑπὲρ τοῦ ἐν τῇ φρουρᾷ κατακλείστου παρεκάλει τὸν δοῦκα. Ὁ δέ· Μεῖνον, φησίν, ὦ πάτερ, ἄριστον ἡμῖν εὐτρεπισθήτω πρῶτον, καὶ ἐκ τῶν ὑμετέρων χειρῶν εὐλογίαν ἐπὶ τραπέζης λάβω, καὶ μετὰ τοῦτο φίλην ὑμῖν ἀπόκρισιν παρέξω. Γίνεται τοίνυν οὕτως καὶ κατακλίνονται, ἐκεῖνος ἐπ' ἐκεῖνο τὸ κέρας, καὶ οὗτος ἐπὶ τοῦτο τὸ κέρας τῆς στιβάδος, καὶ τροφῆς μετελάμβανον. Ἐν δὲ τῷ* ἀριστᾶν αὐτοὺς ὄμνυσιν* ὁ Ἀντίπατρος ὅρκον φρικώδη λίαν ὅτιπερ· Πρὸ πολλῶν τούτων ἡμερῶν ἔδειξέ μοι ὁ Χριστὸς τὴν τιμίαν σου ὄψιν, καθ' ἃ νυνὶ ὁρῶ σε μετ' ἐμοῦ ἐσθίοντα καί τινά μοι λαλοῦντα· ὅθεν πάνυ ἐξήτουν ἐρασμίως ἔκτοτε ἰδεῖν ὑμᾶς τοῖς τοῦ σώματος ὄμμασιν. Ἰδοὺ οὖν ὁ πόθος τετέλεσται, κἀγὼ τῆς ὑμετέρας εὐλογίας ἀπήλαυσα· οὐκοῦν

* *cod.* ὕβρις ** *cod.* χαρίσομαι

* *cod.* δρομαῖως

* *cod.* τὸ

* *cod.* ὤμνυσιν

inhumanus semper esse erga virtute praeditos homines. Respondit bonus senex : *Equidem hucusque honorem ab hominibus non exquisivi; studebo igitur per misericordiam Christi eripere a vexatione illum qui improvisa calamitate captus fuit, et si propterea ivero, de accepto dedecore et injuria minime dolebo, quin et gaudebo.* His dictis ad ducem proficiscitur. Videns ille a longe praesulem venientem, cum celeriter (1) occurrisset, illum amplexus et sincere osculatus est. Senex vero statim de illo qui in custodia includebatur compellavit ducem. Ille autem : *Remane,* ait, *pater ; prandium nobis paretur prius, ut ex manibus tuiseulogiam in mensa accipiam, et post haec gratam tibi responsionem praebebo.* Ita igitur factum est et recumbunt, ille ad unum cornu, hic autem ad alterum cornu lecti, et cibum sumpserunt. Dum autem prandebant, juravit Antipater juramentum terribile [dicens] : *Ante multos hos dies ostendit mihi Christus venerandam tui visionem, sicut nunc video te mecum comedentem et colloquentem. Exinde valde desiderabam videre te corporeis oculis; ecce desiderium*

(1) Graece δρομαῖος. Codex sane habet δρομαῖως. Sed recte substituendum esse adverbio adjectivum ostendit Usener pluribus exemplis in opere suo *Legenden der Pelagia*, p. 51.

καὶ ὁ κληρικὸς ὑμῶν ἐντεῦθεν ἤδη τῆς φυλακῆς ἀπολυέσθω, μηδὲ μίαν ἀπὸ τῆς ὥρας ταύτης καὶ εἰς τὸ διηνεκὲς ὑφορώμενος ἔγκλησιν. Λαβὼν τοιγαροῦν παρὰ Ἀντιπάτρου τὸν κληρικὸν ὁ μακάριος εἰς τὴν ἰδίαν ἐκκλησίαν ὑπέστρεψε δοξάζων τὸν Κύριον.

20. Εἶδον ἐγὼ πολλάκις τοῦτον τὸν μακαρίτην δάκρυσιν πεφυρμένον, καὶ ὑπὲρ ὅλου τοῦ κόσμου τὸν Θεὸν δυσωποῦντα. Γένοιτο δὲ καὶ ἡμᾶς φιάλην μετανοίας κλαυθμῷ κραθεῖσαν καὶ στεναγμοῖς ἀλαλήτοις τῷ κριτῇ προσκομίσαι, ἵνα ἐκ τούτου τῆς ἀγαλλιάσεως τῶν δικαίων ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι μετάσχωμεν. Ὁρῶμεν γὰρ ἐν τοῖς εὐαγγελίοις ταλανιζομένους μὲν τοὺς γελῶντας, μακαριζομένους δὲ τοὺς πενθοῦντας. Ἔγνων πάλιν τὸν προλεχθέντα ἄνδρα, μετὰ πολλὴν καὶ σύντονον ὑμνολογίαν εἰς ὕπνον κατενεχθέντα, καὶ κοιμωμένου αὐτοῦ τὰ χείλη δονούμενα τοὺς ψαλμοὺς ἠρεύγετο. Πάσας μὲν αὐτὸς τὰς ἀρετὰς ἐπῄνει καὶ ἐθαύμαζεν, ἐξαιρέτως δὲ ἀκτημοσύνην καὶ ἐγκράτειαν βρωμάτων. βαττολογίας τε ἐγκόπτεσθαι καὶ τὸν νοῦν τηρεῖν ἐν τοῖς ἱεροῖς μαθήμασιν, ἵνα διὰ τούτων δυνηθῇ τις κτήσασθαι καθ' ἑκάστην ἡμέραν δάκρυα, ἐὰν γὰρ μή τις διὰ πυρώσεως τῶν εἰρημένων δακρύων ζηλώσας ἐγκόψῃ τὰ πάθη τῆς ψυχῆς οὐ μὴ δυνηθῇ κτήσασθαι τὴν ἀγάπην ὅπερ ἐστὶ πλήρωμα νόμου, συνεχῶς ἐνουθέτει τοὺς πειθομένους αὐτῷ.

impletum est et eulogia tua fruitus sum. Igitur clericus tuus nunc jam a custodia liberetur, nulli ab hora ista nec in perpetuum obnoxius crimini. Cum ergo ab Antipatro clericum suscepisset beatus, ad suam ecclesiam reversus est glorificans Dominum.

20. Vidi ego saepe hunc beatum lacrimis perfusum, et pro mundo universo Deum deprecantem. Utinam et nos phialam paenitentiae fletibus commixtam et gemitibus inenarrabilibus judici offeramus, ut ita exsultationis justorum in futuro saeculo participes simus. Videmus enim in evangeliis (1) miseros renuntiari ridentes, beatos vero lugentes. Scivi praeterea supradicti viri, cum post longum et continuum hymnorum cantum ad somnum se contulisset, etiam dormientis labia moveri ad psalmos eructandum. Omnes quidem ipse virtutes laudabat et mirabatur, praecipue vero paupertatem et temperantiam victus : nugas rescindere et mentem servare sacris doctrinis occupatam, ut per haec valeant obtineri diebus singulis lacrimae; nisi enim quis per harum effusionem lacrimarum studeat rescindere libidines animae, non potest consequi caritatem, *quae est plenitudo legis* (2) : haec perpetuo inculcabat discipulis suis.

(1) *Luc.*, VI, 25; *Matth.*, V, 5. — (2) *Rom.*, XIII, 10.

21. Ἐν ταῖς ἀρχαῖς Ἰουστίνου τοῦ βασιλέως, χρείας τινὸς πάλιν ἀναγκασάσης, κατήντησεν εἰς Κωνσταντινούπολιν καὶ ὑπὲρ πάντας τοὺς ἐκεῖσε τότε εὑρεθέντας ἐπισκόπους δεδόξασται. Συνέβη δὲ παρά τινων τῶν τῆς συγκλήτου σεβόντων αὐτὸν λίαν μαθεῖν καὶ αὐτὸν τὸν βασιλέα τὰς τοῦ ἀνδρὸς ἀρετάς. καὶ τὴν μὲν αἴτησιν, δι' ἣν τὸ Βυζάντιον κατέλαβεν, παρέσχεν ὁ βασιλεύς, ταῖς δὲ μεγίσταις τιμαῖς σὺν τῇ συγκλήτῳ πάσῃ τιμήσας τὸν ἅγιον σεβασμίως ἀπέπεμψεν· ὅστις εἰς τὸ Βιτύλιον μὲν ὑγιὴς καὶ χαίρων κατέπλευσεν. Ἀνῆλθεν δὲ ἐνταῦθα, καὶ ἠσπάσατο τὰ οἰκεῖα τέκνα, καὶ πάλιν εἰς τὴν ἑαυτοῦ πόλιν σπουδαίως ὑπέστρεψεν. Ἔπειτα μετὰ χρόνον ὀλίγον πάλιν ἀνέβη πρὸς ἡμᾶς, καὶ τοῦ μέτρου τῆς ζωῆς πληρωθέντος, τὸ τοῦ προσκαίρου βίου φοβερὸν πέλαγος διαπλεύσας, ὡς καλὸς κυβερνήτης ἐν ταὐτῷ καὶ ναύκληρος εἰς τὸν Χριστοῦ λιμένα τῆς ἑαυτοῦ μεγαλοπλούτου ψυχῆς ταῖς ἀρεταῖς πεφορτωμένης τὸ σκάφος διέσωσεν. Καὶ τὸν μὲν χοῦν τῷ χοῒ ἀπέδωκε, τὸ δὲ πνεῦμα, ὥσπερ χρυσὸν καθαρὸν, εἰς χεῖρας τοῦ σωτῆρος παρέθετο, ἑπτὰ καὶ ἐνενήκοντα ἐτῶν περιόδους τελέσας ἕως ὀγδόης ἡμέρας τοῦ τῆς πεντεκαιδεκάτης ἰνδικτιῶνος φεβρουαρίου μηνός.

21. In principio regni Justini imperatoris (1), necessitate quadam iterum urgente, se contulit Constantinopolim, et super omnes qui ibi tunc inveniebantur episcopos magni est habitus. Contigit autem ut ab aliquibus ex senatu, qui valde venerabantur eum, audiret ipse imperator viri virtutes, et petitionem propter quam Byzantium advenerat concessit, maximo honore cum universo senatu sanctum reveritus cum omni veneratione dimisit. Qui Beteliam sanus et gaudens navigavit. Ascendit huc, et amplexus est filios suos, et iterum ad suam urbem festinavit redire. Deinde post modicum tempus iterum ascendit ad nos : sed, termino aetatis exacto, fluxae vitae terribili mari navigato, ut bonus gubernator et nauclerus in Christi portum suae opimae animae virtutibus onustae scapham duxit incolumem. Pulverem quidem pulveri reddidit, spiritum vero, ut aurum purum, in manibus Salvatoris deposuit, septem et nonaginta annorum curriculo completo usque ad octavam diem, decima quinta indictione, februarii mensis (2).

(1) Imperator Justinus anno 518, mense Julio, coepit regnare. — (2) Mortuus est proinde sanctus Theognius anno 522. Nam ex dictis supra, initio regni Justini, qui anno 518 coepit regnare, Constantinopolim tetenderat. Sed indictio decima quinta incidit in annum 521-522.

22. Ἀβροχίας γοῦν ἐν τῇ τελευτῇ τοῦ ὁσίου ὑπαρχούσης, τοῦ τε λάκκου τοῦ ἔχοντος τὸ ὕδωρ τὸ ὀμβρινὸν μέλλοντος ἐκλείπειν, καὶ τῶν ἀδελφῶν ζητούντων ἀναχωρῆσαι διὰ τὴν λεῖψιν τοῦ ποτοῦ, μετὰ μίαν ἑβδομάδα τῆς ἐν σαρκὶ τελευτῆς τοῦ μεγάλου νεφέλη πλήρης ὄμβρου ἐκ δύσεως δραμοῦσα, τὰ μὲν κατόπιν* μέρη δι' ὧν παρελήλυθεν μικραῖς ἄγαν ψεκάσιν ἐῤῥάντισεν, ἐλθοῦσα δὲ ἐνταῦθα καὶ στᾶσα ἐπάνω τοῦ ὄρους τοσοῦτον πλῆθος ὑετοῦ ἐξέχεεν, ὥστε καὶ τοὺς σωλῆνας ῥαγῆναι δι' ὧν εἰώθει τὸ ὕδωρ διαβαίνειν μὴ χωροῦντας τὴν τοῦ ὄμβρου λαβρότητα, καὶ τὸ μὲν ἀρκοῦν ἡμῖν εἰς τὸν λάκκον εἰσρεῦσαι, τὸ δὲ περιττὸν ἔξω τοῦ τείχους ἐξελκυσθὲν ταῖς χερσὶ τῶν ἀδελφῶν ὧδε κἀκεῖσε σκορπισθῆναι. Πρὸ ὀφθαλμῶν γὰρ εἶχον, μήπως ὁ ἄμετρος ὄγκος ἐκεῖνος τοῦ ὕδατος ἐντὸς τῶν οἰκημάτων συστραφεὶς τὰ τοῦ μοναστηρίου σαθρώσῃ θεμέλια. Ταῦτα μὲν οὖν μεθ' ἡμέρας ἑπτὰ τῆς τοῦ ὁσίου κοιμήσεως· ἐν αὐτῇ δὲ τῇ ἡμέρᾳ καθ' ἣν ὁ τοῦ Θεοῦ θεράπων ἐξῆλθεν τοῦ σώματος, ἄπειρος δῆμος ἐνταῦθα συνέδραμε. Δύο δὲ φούρνων καὶ μόνον ἄρτους ὁ κελλάριος εἶχεν τέσσαρσι καὶ δέκα ἡμέραις δαπάνης χάριν τοῖς ἡμετέροις μόνοις ἀσκηταῖς

* *cod.* κατόπην

22. Sterilitas quidem (1), cum mortuus est sanctus, erat, et cisterna (2) quae retinebat aquam pluvialem jam fere exhausta, quaerentibusque fratribus abire propter defectum potus, post unam hebdomadem quam e carne migrarat praesul, nubes referta imbre ex occidente accurrens, aversas regiones quas pertransierat parvulis tantum guttis inroravit; sed cum advenisset huc et stetisset super monte, tantam pluviae copiam effudit ut canales disrupti sint per quos solebat aqua transire, quippe qui imbris violentiam non sustinerent. Quod sufficiebat nobis influxit in cisternam; superfluum autem extra murum exhaustum est manibus fratrum, ut huc illuc diffunderetur; metuebant enim ne immensa ista moles aquae intra aedes congesta monasterii subrueret fundamenta. Haec quidem post dies septem a sancti viri dormitione; in ipso vero die in quo Dei servus exiit e corpore, immensa multitudo huc concurrit. Duorum furnorum tantummodo panes cellarius habebat, qui pro quattuordecim dierum sustentatione nostris solis ascetis sufficere valebant :

(1) Hac plaga saepius affectam Palaestinam fuisse hisce temporibus notum est, verbi gratia, ex Vita Sabae (ed. Coteler., *Eccl. gr., monum.*, tom. III, p. 321). — (2) Saepius notantur hae cisternae in monasteriis Palaestinae. (Cfr. Procop., *De Aedif.*, V, 9; Epiph. monach., *P. G.*, tom. CXX, p. 269; Moschum, *Prat. spir.*, c. 182). Descriptionem earum leges apud Couret, *La Palestine sous les empereurs grecs*, p. 180, 181.



ἀρκέσαι ὀφειλόντας, παντὸς τοιγαροῦν τοῦ συνελθόντος ὄχλου ἐνθάδε ἀριστήσαντος καὶ χορτασθέντων ἁπάντων, τὰ τῶν ἄρτων περιττεύσαντα κλάσματα ὑφ' ἡμῶν συναχθέντα ἐφ' ἑτέρας δύο ἑβδομάδας τοῖς σὺν ἡμῖν πατράσι παραδόξως ἐπήρκεσαν. Μετ' οὐ πολὺν δὲ χρόνον ἔμπορός τις πρὸς βραχὺ χάριν εὐχῆς εἰς τὴν ἁγίαν ἀνεληλυθὼς πόλιν ἀπήγγειλε τοῖς ταύτης οἰκήτορσιν εἰς θάλασσαν εὑρῆσθαι τοῦτον πρὸ δύο μηνῶν πλέοντα παρὰ τὴν γῆν καὶ τεθεᾶσθαι σίφωνα τῇ θαλάσσῃ ἐφεστῶτα φωνῆς τε σὺν τοῖς ναυτικοῖς ἀκηκοέναι λεγούσης· Ἄντλησον ὕδωρ ταχέως, καὶ εἰς τὸ μοναστήριον Θεογνίου ἀπάγαγε. Ἀκούσαντες οὖν τὸ λεχθὲν οἱ πολῖται ἔγνωσαν ὅτι τὸ πάλαι δωρηθὲν ἡμῖν ὕδωρ τῇ τῆς νεφέλης ὑπηρεσίᾳ, τοῦτο ὑπῆρχεν τὸ παρὰ τοῦ ἀνθρώπου ἀπαγγελθέν· καὶ ταχὺ ἐκδραμόντες ἐνταῦθα τὰ ῥηθέντα ἐμήνυσαν.

23. [**Epilogus**]. Σὺ μὲν οὖν, ὦ πάτερ Θεόγνιε, τὴν πολύμοχθον καὶ ναυαγίων καὶ μερίμνης ἁπάσης ἀνάμεστον θάλασσαν καταλιπών, ἐντός τε τῆς ἀθορύβου ἐκείνης διαγωγῆς γενόμενος, ἀκηράτοις εὐφροσύναις καὶ χαρμοναῖς ἀλήκτοις ἐπαναπαύῃ λοιπὸν εἰς ἀπεράντους αἰῶνας. Ἡμεῖς δὲ ἔτι πλέοντες τὸ πέλαγος τῆς ἀνθρωπίνης ζωῆς, τοῦ θορύβου καὶ τοῦ σάλου

jam universa quae concurrerat multitudine hic pransa et saturatis omnibus, quae supererant panum fragmenta a nobis collecta per duas alias hebdomadas patribus qui nobiscum erant incredibiliter suppetierunt. Haud diu post, mercator quidam, qui ad breve tempus, orandi causa, in sanctam ascenderat civitatem, narravit ejus incolis se ante duos menses in mari occurisse huic [sancto] naviganti versus terram et vidisse siphonem mari impositum, simulque cum nautis vocem audivisse dicentem : *Exantla aquam cito, et ad monasterium Theognii educ [illam].* Cum igitur hoc dictum audivissent cives, cognoverunt donatam nobis olim aquam nubis ministerio, hanc ipsam esse quam vir iste significabat, statimque accurrentes huc dicta narraverunt.

Epilogus.

23. Tu igitur, pater Theogni, qui laboribus obsitum, naufragiis et sollicitudine omni repletum mare liquisti, et intra tranquillam illam vitae condicionem pervenisti, in puris gaudiis et deliciis perennibus quiescis deinceps in infinita saecula. Nos autem adhuc navigantes in pelago humanae vitae, tumultum, agitationem et amaritudinem

καὶ τῆς ἅλμης τῶν τοσούτων κυμάτων πεῖραν καθ' ἑκάστην λαμβάνομεν, καὶ τέως οὐκ οἴδαμεν ποταπὸν τὸ τέλος τοῦ βίου εὑρήσομεν. Εὐσεβῶς ἄρα καὶ δικαίως πράττοντες εὑρεθησόμεθα τότε; ἢ τἀναντία τῇ ἀρετῇ καταληφθησόμεθα ὑπὸ τῶν τὴν ψυχὴν ἀπαιτούντων φρικωδεστάτων ἀγγέλων; Ὢ τῆς ματαιοπονίας τοῦ παρόντος αἰῶνος, ὢ τῆς ἡδονῆς τῆς πασῶν τῶν ὀδυνῶν πεπληρωμένης, ὢ τῆς ἀπάτης καὶ τοῦ πολλοῦ καταγέλωτος. Ἀμελοῦμεν τῆς πανευφήμου καὶ ἐνδόξου ἀρετῆς, καὶ περὶ τὰ στάσιν οὐκ ἔχοντα, ἀλλὰ λυθησόμενα πάντως κεχηνότες ἑκουσίως πλανώμεθα. Θεόγνιος ἐκ τετραπέδων ἀρετῆς λίθων πόλιν ἑαυτῷ εἰς οὐρανὸν ᾠκοδόμησεν, ἡμεῖς δὲ ἐκ τετραγώνου κακίας καὶ λογισμῶν παντελῶς ἀμεταστρόφων πρὸς τὸ συμφέρον καὶ ἀκινήτον * καθόλου καταγώγιον ὧδε τῇ τοῦ ἐχθροῦ φαυλότητι κτίζομεν. Πλούτου γὰρ φίλοι καὶ κρότων τῶν ἀστικῶν καὶ τῶν ῥευστῶν πραγμάτων γεγόνοτες, τῆς τῶν κρειττόνων ἀγάπης ἀλλοτρίους καὶ ξένους ἑαυτοὺς κατεστήσαμεν. Ἀργολόγοι τυγχάνομεν καὶ ὀκνηροί, γογγυσταὶ καὶ μεμψίμοιροι *. Κοσμικά τις καὶ αἰσχρὰ ῥήματα διηγεῖται μηδ' ὅλως τὴν ψυχὴν ὠφελοῦντα, μᾶλλον δὲ καταβλάπτοντα, καὶ χάσκοντες ἅπαντες τὴν ἀκοὴν τοῖς πονηροῖς ῥήμασι προθύμως παρέχομεν ἐν τῷ κακῷ νήφοντες. Λόγον δέ τις ἐπιστροφῆς καὶ σωτηρίας πολλάκις προτίθησι, καὶ τέσσαρας ἢ

* *cod.* ἀκινήτων

* *cod.* μεμψίμυροι

tantorum fluctuum cotidie experimur, neque hactenus scimus quemnam finem vitae simus nacturi. Utrum pie et juste agentes inveniemur tunc, an contraria virtuti [agentes], arripiemur a terribilibus angelis qui animam requirent? O vanum laborem praesentis saeculi! O voluptatem omnibus doloribus refertam! O errorem et nimiam irrisionem! Neglegimus illam quae clarificat et inlustrat virtutem, et circa ea quae stabile nihil habent, sed solvenda sunt plane inhiantes sponte erramus. Theognius ex quadratis virtutis lapidibus civitatem sibi in caelo aedificavit, nos autem ex quadrangulari malitia et cogitationibus prorsus avertentibus a bono immobili non nisi tabernam heic, inimici malignitate, condimus. Divitiarum enim et applausuum mundanorum et fluxarum rerum amantes, a superioris boni dilectione alienos et exsules nosmetipsos constituimus. Vaniloqui sumus et segnes, murmuratores et querulosi (1). Mundana si quis et turpia verba narrat, nihil bono animae conducentia, sed potius nociva, inhiantes omnes auditum malis verbis ardenter praebemus in malo delectati. Verbum autem adhortationis et salutis si quis quandoque

(1) Γογγυσταί, μεμψίμοιροι, ex *ep. Judae*, 16.

πέντε χάσμας ἀπολύσαντες, καὶ ἦχον ἐκ στόματος καθάπερ αἱ κάμηλοι ὁμοῦ συνεκπέμψαντες τοῖς τε οἰκείοις ὄνυξι τὸν πώγωνα ξέσαντες ὕπνῳ βαθεῖ καὶ γείτονι θανάτου ἑαυτοὺς παραπέμπομεν, τὰ ὦτα τῆς καρδίας ἀσφαλῶς βύσαντες μή που ῥῆμα ψυχωφελὲς διαλαθὸν εἰς τὸ τῆς διανοίας ταμιεῖον παρεισέλθῃ. Παιδεύει ἡμᾶς διὰ τῶν ἐπιφορῶν, καὶ γινώσκειν οὐ θέλομεν· βαρβάρων δὲ ἐπιδρομαὶ κατὰ τόπους γινόμεναι ἀπηγγείλησαν ἡμῖν, καὶ ἡμεῖς ἀγνοεῖν προσποιούμεθα· πλουσίων καὶ περιφανῶν ἀνδρῶν καὶ τῶν τῆς δόξης τοῖς βασιλεῦσιν ἐξισουμένων σχεδὸν μεταβολαὶ καὶ καταστροφαὶ καὶ ἀναιρέσεις γεγένηνται, σεισμοὶ καὶ ἐμπυρισμοί, ἀναβρασμοὶ καὶ καταπτώσεις διαφόρων πολέων. Διὰ τῶν ταῦτα παθόντων ἡμᾶς τοὺς ματαίους * Θεοῦ φοβῆσαι θέλοντος **, καὶ ἡμεῖς μᾶλλον καὶ μᾶλλον ἀφοβίαν νοσοῦντες, ἀδιόρθωτοι μένοντες τὴν ἑαυτῶν κακίαν ἐπαύξομεν. Μή, παρακαλῶ καὶ ἱκετεύω, μὴ τοιαύτῃ προθέσει ἐναποθάνωμεν, μὴ τῇ ἀχρήστῳ συνηθείᾳ, καὶ τῇ χαυνώσει τῶν λογισμῶν ἕως τέλους ἐναπομείνωμεν, ἀλλὰ πρὸς καλλίστην καὶ στερρὰν καὶ τῷ καλέσαντι Θεῷ ἀρέσκουσαν πολιτείαν τὸν βίον μεταθῶμεν ἑαυτῶν, ἵνα μή, ἄλλων εἰς οὐρανὸν ἀνιπταμένων ἀγγελικῶς, ἡμεῖς ἐλεεινῶς καθελκυσθῶμεν εἰς τὴν ἄβυσσον τοῦ πυρός.

* *cod.* μὴ τέως
** *cod.* θέλοντας

protulerit, quater vel quinquies oscitantes et strepitum ex ore, sicut cameli, simul emittentes et unguibus barbam scabentes, somno profundo et proximo morti nosmetipsos tradimus, aures cordis arte obturantes ne verbum animae utile quod subest ad mentis promptuarium perveniat. Docet nos [Deus] per ea quae accidunt et agnoscere nolumus: barbarorum incursus per loca annuntiaverunt nobis, sed nos ignorare fingimus; divitum et inlustrium virorum, et eorum qui gloria sua regibus paene pares erant mutationes, ruinae et neces accidunt, terrae motus et incendia, eruptiones et excidia diversarum urbium (1). Per eos qui haec passi sunt nos imprudentes Deo terrere volente, nos magis magisque incuria aegrotantes, incorrigibiles remanentes propriam malitiam adaugemus. Ne, hortor atque obtestor, ne in tali statu moriamur, ne in inutili commercio et inanitate cogitationum usque ad finem perseveremus, sed ad optimam, firmam et ad Deo vocanti placentem conversationem, vitam convertamus nostram, ne, aliis in caelum evolantibus angelice, nos misere detrahamur in abyssum ignis.

(1) Hisce temporibus reapse insignes calamitates orbi inciderunt ad quas alludit forsan Paulus in hoc loco. Anno enim 525, Anazarbus, Ciliciae metropolis, ex terrae motu ruinam passa est, Edessa fluviorum aquis tota obruta est; anno 526

24. Σκοπήσωμεν ἀκριβῶς τά τε ἤδη γενόμενα καὶ τὰ νῦν γινόμενα καὶ τὰ γενησόμενα· ἀκρίδος καὶ βρούχου τοσαῦτα στρατόπεδα τῆς γῆς τὰ ἐκφόρια σφοδρῶς κατηνάλωσεν, ἐκλείψεις πηγῶν καὶ ὄμβρων ἀναστολαί, λιμοὶ καὶ λοιμοί, καὶ θνήσεις ἀνθρώπων καὶ τῶν κτηνῶν, καί, ἵνα συνελὼν εἴπω, μυρία εἴδη μαστίγων θεηλάτων ἡμῖν ἐπηνέχθη, καθάπερ τοῖς Αἰγυπτίοις ποτέ, ὅπως δειλιάσαντες ἢ ἐντραπέντες πρὸς μετάνοιαν κλίνωμεν, καὶ τὰ ἑαυτῶν θεραπεύσωμεν τραύματα. Καὶ ἡμεῖς σκληροκάρδιοι ὄντες κατανυγῆναι κἂν πρὸς μικρὸν γοῦν οὐ θέλομεν, οὔτε εἰς τὸ βέλτιον μεταβαλεῖν τὴν κακὴν συνήθειαν ἐν ᾗ προσελήφθημεν. Ἀλλὰ κατὰ τρεῖς τρόπους τοὺς χοίρους μιμούμεθα· καὶ νῦν μὲν τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς καρδίας μύσαντες καὶ τὸν φραγμὸν διακόψαντες τῶν θείων ἐνταλμάτων παραβάται κρινόμεθα, τὰ παρόντα ποθοῦντες, τῶν μελλόντων οὐδὲ μνήμην λαμβάνειν ἐθέλοντες· νῦν δὲ τοῖς βορβόροις τῆς φιλοπραγμοσύνης, φιλαυτίας τε καὶ τῆς φιλονεικίας ἡδέως ἐγκαλινδούμεθα, διὰ παντὸς δὲ τοῦ ζῆν εἰς οὐρανὸν τῆς ψυχῆς τὸ ὄμμα μὴ βουλόμενοι ἆραι, μήτε τι τῶν οὐρανίων μυστηρίων λογίσασθαι ἀνεχόμενοι, ἀλλὰ τοῖς γηΐνοις ἐνασχολούμενοι

24. Consideremus sedulo quae jam facta sunt, nunc fiunt et ventura sunt. Locustarum et gryllorum (1) tanta agmina terrae fruges vehementer diripuerunt, fontium exhaustiones et imbrium eluviones, fames et pestes, mortalitas hominum et jumentorum, et ut summatim dicam, sexcentae species plagarum a Deo immissarum in nos inciderunt, sicut Aegyptiis olim, ut timentes vel conversi ad paenitentiam declinemus et nostra curemus vulnera. Sed nos duro corde conteri vel minime nolumus, nec in melius mutare pravam consuetudinem in qua detinemur ; immo triplici modo porcos imitamur, nunc quidem oculos cordis claudentes, et claustra rumpentes divinorum mandatorum transgressores agnoscimur, praesentia anhelantes, futurorum ne memoriam quidem suscipere volentes ; nunc autem in gurgite negotiorum, amoris proprii et invidiae libenter convolvimur in tota vita, ad caelum animae oculum detrectantes attollere, nec quicquam caelestium mysteriorum meditari ferentes, sed terrestribus

Antiochia prius incendio consumpta est, dein terrae motu paene tota corruit. Cfr. Theophanis chronograph., *P. G.*, tom. CVIII, p. 398-402. Inde etiam innuitur forsan non nisi post annum 526 habitam fuisse hanc orationem. — (1) Gr. ἀκρίδος καὶ βρούχου. Cfr. Vitam S. Sabae (ed. Cotel., *op. cit.*, p. 321), S. Theodosii (ed. Usener, *op. cit.*, p. 80, l. 1, 6, 24, ubi eadem comparatio exercituum occurrit). Discrimen inter ἀκρίς et βροῦχος seu βροῦκος nitide exposuit cl. vir Usener in *op. cit.*, p. 174, 175. Ἀκρίς est locusta perfecte adulta, βροῦχος est eadem in tertia vel quarta larvae forma, non tamen mitior, immo voracitate nociva magis.

πάντοτε καὶ πρὸς τὰ χαμαίζηλα νενευκότες, ἀθλιώτεροί τε τῶν προλεχθέντων χοίρων καὶ ἐλεεινότεροι φανησόμεθα τάχα, εἴπερ ἐκεῖνοι μὲν μετὰ θάνατον οὔτε ἀναστάσεως τεύξονται οὔτε εἰς κρίσιν πορεύσονται· οὐαὶ δὲ ἡμῖν τοῖς λόγῳ μὲν τιμηθεῖσι, καὶ ἐπαγγελίας μεγάλας εἰληφόσι, καὶ πρὸς αἰῶνας κληθεῖσι καὶ πρὸς ζωὴν ἀγγέλων....... ἀλογίας σπεύδουσιν ἀτιμοτέρους ὀφθῆναι. Τοῦ Θεοῦ καταφρονοῦμεν, ἀσυμπαθεῖς ὑπάρχομεν, τοὺς ἀγχομένους* ὑπερορῶμεν, εὐχῶν ἀπερισπάστων καὶ ψαλμῳδιῶν ἀμελοῦμεν, πιστοὶ προσαγορευόμεθα, καὶ τῶν ἀπίστων τὰ πράγματα πράττομεν. Ὅταν ἀκούσῃς ὅτι τινὲς ἄνθρωποι συμφοραῖς ἀνηκέστοις* ἐνέχονται, μὴ λέγε ὅτι αὐτοὶ μόνοι ἥμαρτον, καὶ διὰ τοῦτο τὰς δίκας διδόασιν, ἐννόησον δὲ μᾶλλον ὅτι διὰ σὲ πολλάκις ἐκεῖνοι παιδεύονται, ἵνα σὺ τὰς ἐκείνων πληγὰς ἀκούσας ἀπλήκτως σωφρονισθῇς· αὐτὸς δὲ παντελῶς οὔτε στενάξαι βούλει. Ἐν ἐρήμῳ κάθημαι καὶ ὁ νοῦς μου τὰς πόλεις ἐποπτεύει, πραγματείας ἐννοεῖ καὶ ἐμπορίας τινας, ῥύμην ἐκ ῥύμης μεταλλάττει* καὶ συντυχίας ποιεῖται. Εἰσῆλθον εἰς ἐκκλησίαν χάριν πλημμελημάτων δέησιν προσκομίσαι, χρὴ δὲ τὸν διὰ προσευχῆς Θεῷ προσεγγίζοντα μηδὲν ὅλως ἐννοεῖν τῶν ἐν τῷ κόσμῳ πάντη· ἐγὼ τοίνυν

* *cod.* ἀγχωμένους

* *cod.* ἀνεικέστοις

* *cod.* μεταλάττει

curis semper vacantes et ad humilia inclinati : miseriores sane supradictis porcis et miserabiliores apparebimus cito, siquidem isti post mortem nec resurrectionem nanciscentur, neque ad judicium procedent; vae autem nobis qui ratione decorati sumus, et promissiones magnas suscepimus, et ad aeternitatem vocati sumus et ad vitam angelorum (1), studemus autem insipientia viliores videri. Deum contemnimus, immisericordes sumus, humiles despicimus, attentas preces et psalmodias neglegimus; fideles proclamamur, et infidelium actiones agimus. Cum audieris quosdam homines calamitatibus intolerabilibus obnoxios esse, ne dicas illos solos peccasse ac propterea poenas dare; sed cogita potius propter te saepius illos castigari ut tu eorum plagas audiens et illaesus resipiscas; ipse autem ne ingemiscere quidem vis. In solitudine consido, sed mens mea urbes circumspicit, negotiationes recogitat et mercaturas, de vico in vicum demigrat et colloquia miscet. Ingredior in ecclesiam pro peccatis supplicationem oblaturus : oportet sane eum qui per orationem ad

(1) Cl. vir Usener, qui maxima cum benevolentia plagulas istius opellae relegere et corrigere dignatus est ac plura suggerere quae ad eam elucidandam facerent, hoc loco nos attentos facit intercidisse initium alterius membri hujus sententiae, quod forsan ita restitui potest: ⟨ἔργῳ δὲ τῶν ἀτιμοτάτων ζῴων τῆς⟩ ἀλογίας κτλ.

ὁ ἀδόκιμος δοῦλος, ἡνίκα προσηυχόμην, δέον ἐμφόβως καὶ νηφόντως ἐκπέμψαι πρὸς ὕψος τὴν ἔντευξιν, τὰς κρεμαμένας κανδήλας καὶ τοὺς θρόνους τοὺς ἐν τῷ εὐκτηρίῳ ἠρίθμησα, τὰς σανίδας τῆς στέγης σὺν ταῖς ὑπ' αὐτὰς δοκοῖς ἀκριβῶς ἐμέτρησα καὶ τῆς οἰκοδομίας τῶν τεσσάρων τοίχων τοῦ οἴκου τῆς προσευχῆς τὸν ποδισμὸν εἰς δακτύλους ἀνέλαβον, καὶ τῆς εὐχῆς τὸ κέρδος καταλιπὼν τοῦ κακοῦ περισπασμοῦ τὸ βλάβος ἐτρύγησα. Τίς ἄρα μὴ κλαύσῃ, τίς ἄρα μὴ θρηνήσῃ τὸν νυσταγμὸν τῆς παναθλίας ψυχῆς;

25. Ἀλλ' ἵνα μὴ τὴν παροῦσαν διήγησιν ἄγαν ἐκτείνας ἴσως καὶ εἰς ἀγανάκτησιν κινήσω τοὺς παρόντας, παύσομαι μὲν τῆς δημοσιεύσεως τῶν τῆς ψυχῆς ῥεμβασμῶν, ἐμαυτὸν καὶ τοὺς κατ' ἐμὲ παρεὶς ὑπὸ τοῦ ἰδίου συνειδότος ἀρτίως ἐλέγχεσθαι· πρὸς σὲ δὲ λοιπὸν τὸν κάλλιστον ποιμένα, ὦ στεφανῖτα καὶ θεοφόρε Θεόγνιε, μεταστήσω τὸν λόγον. Ἤκουσα ἐγὼ πολλάκις ἐν τῇ γραφῇ πλουσίου τινὸς ἐλεεινῶς λέγοντος· Πάτερ Ἀβραάμ, ἐλέησόν με καὶ ἀπόστειλον Λάζαρον, ἵνα βάψῃ εἰς ὕδωρ τὸν δάκτυλον καὶ καταψύξῃ μου φλεγομένην τὴν γλῶσσαν· ἀλλὰ τῆς αἰτήσεως οὐδαμῶς ἐπέτυχεν, ἤδη γὰρ ὑπεξελθὼν ὑπῆρχε τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων· μετὰ δὲ τὴν τοῦ βίου ἔξοδον, ἄπρακτος ἡ

Deum accedit nihil aliud cogitare omnino ex mundanis rebus; sed ego servus nequam, quando oro, dum deberem cum tremore et attente emittere sursum petitionem, suspensas candelas et sedes quae sunt in sanctuario enumero, tabulas tecti cum suppositis trabibus exacte dimetior et aedificationis quattuor murorum domus orationis metationem digitorum calculo submitto, et precum lucro renuntians, malae distractionis noxam colligo. Quis non fleret, quis non lamentaretur somnolentiam miserrimae animae!

25. Sed ne, si praesentem digressionem nimis extendero, forsan ad indignationem (1) moveam adstantes, abstinebo jam a vulgandis animae erroribus, meipsum et eos qui mecum sunt sinens a propria conscientia plane convinci: ad te demum optimum pastorem, o coronate et deifer Theogni, convertam sermonem. Audivi saepius in scripturis (2) divitem quendam miserabiliter dicentem : *Pater Abraham, miserere mei, et mitte Lazarum ut intingat in aqua digitum et refrigeret mihi urentem linguam.* Qui petitionem nullo modo nactus est; etenim jam exierat ex humana condicione et post exitum e vita

(1) Notandus est lusus verborum qui in graeco textu extat inter ἄγαν ἐκτείνας et εἰς ἀγανάκτησιν. — (2) *Luc.*, XVI, 24.

μετάνοια, τῆς γὰρ φιλανθρωπίας ἡ θύρα τοῖς μεταμεληθῆναι ὧδε μὴ βουληθεῖσιν εὐθέως ἀποκλείεται. Ἐγὼ τέως τὸ τοῦ πνεύματος μὴ ἀπαιτηθεὶς χρέος, ἀλλ' ἔτι τῆς ψυχῆς μου ἐν τούτῳ τῷ φθαρτῷ κατασκηνούσης σκήνει, ἂν ῥήξω φωνὴν ὀδυρμοῦ, ἐλεηθῆναι νομίζω. Πάτερ Θεόγνιε, ἐλέησόν με τὸν πρὸ τῆς ἐρχομένης ὀργῆς τῇ τῶν πταισμάτων φλογὶ ἱκανῶς φλογισθέντα, ἐλέησόν με καὶ δυσώπησον ὑπὲρ ἐμοῦ τὸν Κύριον · πιστεύω γὰρ ὅτι λήψῃ τὸ αἴτημα παρὰ τοῦ ἀεὶ κράζοντος καὶ λέγοντος· αἰτεῖτε καὶ δοθήσεται ὑμῖν, κρούετε καὶ ἀνοιγήσεται ὑμῖν. Ἐὰν δὲ μὴ τολμᾷς μόνος προσελθεῖν τῷ δεσπότῃ, παράλαβε μετὰ σοῦ, πάτερ, τοὺς ἁγίους ἅπαντας τοὺς φιλοῦντάς σε καὶ ἅμα αὐτοῖς τὴν ὑπὲρ ἡμῶν τῷ εὐσπλάγχνῳ βασιλεῖ πρεσβείαν προσάγαγε · συμπαθοῦσι γὰρ οἱ δίκαιοι καὶ πάνυ συμπαθοῦσι τοῖς σάρκα περιβεβλημένοις, ὡς καὶ αὐτοὶ πρώην ἐν σαρκὶ γεγονότες. Ὁρᾷς ἡμᾶς διὰ παντός, ὦ πάτερ Θεόγνιε, φροντίζεις ἡμῶν ἀεί, κοῦφος νῦν τυγχάνεις τὸν τῆς σαρκὸς ἀποθέμενος γνόφον καὶ γόμον, ὑπέρβηθι τὸ μεταξὺ τῶν ζώντων καὶ τῶν νεκρῶν ἐστηριγμένον χάος. Ἐλθὲ πρὸς ἡμᾶς ἱπτάμενος ταῖς τῆς ἀρετῆς ἧς πάλαι κατώρθωσας πτέρυξι, κομίζων ἡμῖν τὰ θεῖα δωρήματα, γύμνωσον ἡμᾶς τοῦ πλούτου τῆς κακίας, ἔνδυσον ἡμᾶς κατὰ τὸ ἀόρατον

inefficax est paenitentia; misericordiae janua his qui paenitentiam heic agere noluerunt ilico clauditur. Equidem a quo nondum spiritus requisitum est debitum, sed cujus adhuc habitat anima in pereunti tabernaculo, cum gementem vocem attollo, misericordiam spero. Pater Theogni, miserere mei, qui ante venturam iram culparum flamma satis uror, miserere mei et deprecare pro me Dominum. Confido enim te obtenturum quod petis ab illo qui incessanter clamat et dicit : *Petite et dabitur vobis, pulsate et aperietur vobis* (1). Si vero non audes solus accedere ad Dominum, assume tecum, Pater, sanctos omnes qui te amant, et cum illis intercessionem pro nobis misericordi regi offer. Compatiuntur enim justi, prorsus compatiuntur illis qui carne adhuc involvuntur, quoniam et ipsi olim in carne fuerunt. Respicis nos super omnia, o Pater Theogni, curam habes nostri semper, allevatus nunc es qui carnis deposuisti tenebras et onus, transgredere illam quae inter vivos et mortuos extensa est abyssus. Veni ad nos advolans alis virtutis quam olim praestitisti, affer nobis divina dona, despolia nos copia malitiae, indue nos invisibiliter

(1) *Matth.*, VII, 7.

ἐξαστραπτούσας στολάς, ἅσπερ ἡ τοῦ κρείττονος ἐξυφαίνει παντοδύναμος χάρις παρ' ὑμῶν αἰτουμένη. Εἷς σου σπινθὴρ προσευχῆς ἀφάτους θημωνίας* ἁμαρτημάτων τεφρῶσαι δυνήσεται, καθαρισθείημεν τοῦ ῥύπου τῶν σφαλμάτων, διορθωθείημεν καὶ σωθείημεν ταῖς εὐχαῖς ὁσίων τε καὶ πάντων τῶν ἐκλεκτῶν, ἵνα σχῶμεν ἀπολογίαν ἐν ἐκείνῃ τῇ φοβερᾷ ἡμέρᾳ, ὅτ' ἂν ἔλθῃ ὁ Θεὸς ἐν μυριάσιν ἀγγέλων κρῖναι κρίσιν δικαίαν καὶ τοῖς μὲν εὐσεβέσι τῆς ἑαυτοῦ βασιλείας τὰς πύλας ἀναπετάσαι, τοῖς δὲ ἁμαρτωλοῖς, οἵτινες μέχρι θανάτου μετανοῆσαι οὐκ ἠθέλησαν, τοὺς καταῤῥάκτας καὶ τὰς πηγὰς τοῦ πυρὸς ἐξομβρίσαι, ὅτι αὐτῷ πάντων ἡ ἐξουσία καὶ αὐτῷ πρέπει καὶ ἐποφείλεται ἡ παρὰ πάντων προσκύνησις τῷ Πάτρι καὶ τῷ Υἱῷ καὶ τῷ παναγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεί.

* cod. θημονίας

II

Vita sancti Theognii, auctore Cyrillo Scythopolitano.

Κυρίλλου τοῦ ὁσίου πρεσβυτέρου τῆς λαύρας τοῦ ἁγίου Σάβα εἰς τὸν αὐτὸν ὅσιον πατέρα ἡμῶν Θεόγνιον τὸν ἐπίσκοπον.

1. Θεόγνιος ὁ πανεύφημος, τὸ μέγα τῆς ὅλης Παλαιστίνης ἀγλάϊσμα, ὁ φανότατος τῆς ἐρήμου λαμπτήρ, καὶ φαιδρότατος τῆς ἀρχιερωσύνης

fulgidis stolis quas Dei optimi texuit omnipotens gratia a te requisita. Una scintilla orationis tuae indicibiles acervos peccatorum incinerare valebit, purificemur a foetore culparum, corrigamur et salvemur tuis precibus, necnon sanctorum et omnium electorum ut justificemur in illa terribili die, cum venerit Deus cum mille angelis judicare judicium justum, piis quidem sui regni portas aperire, peccatores vero qui usque ad mortem paenitentiam agere noluerunt cataractis et fontibus ignis inundare, quia ipsi universorum dominatio, et ipsum decet ipsique debetur ab omnibus adoratio, Patri, et Filio et sanctissimo Spiritui, nunc et semper.

CYRILLUS (1) SANCTUS PRESBYTER LAUREA SANCTI SABAE (2), DE EODEM SANCTO PATRE NOSTRO THEOGNIO EPISCOPO.

1. Theognius inlustris, magnum totius Palaestinae decus, splendidissima eremi lampas, et lucidissima sanctae hierarchiae stella,

(1) Cyrillus, nimirum Scythopolitanus ; videsis prolegomena n. 5. — (2) Laura sancti Sabae erat ad meridiem Bethlehem (Cfr. Epiphan., *Syria et urbs sancta,*

φωστήρ, πατρίδος μὲν ὑπῆρχε τῆς Καππαδοκῶν χώρας, πόλεως Ἀραραθείας. Ἔνθα ἐκ νεαρᾶς ἡλικίας τὴν μοναδικὴν πολιτείαν ἐξεπαιδεύθη. Ἐλθὼν δὲ ἐν Ἱεροσολύμοις τῷ πέμπτῳ ἔτει τῆς Μαρκιανοῦ βασιλείας, καὶ εὑρὼν τοὺς ἀποσχίστας τῶν κατὰ τὴν ἁγίαν πόλιν κρατοῦντας μοναστηρίων, καὶ μὴ βουληθεὶς τῇ ἐκείνων ὑπαχθῆναι ἀλόγῳ ἐνστάσει καὶ φιλοταράχῳ γνώμῃ, ἐκολλήθη γυναικὶ τινὶ ἐναρέτῳ Φλαΐᾳ μὲν καλουμένῃ, ὑπὸ πνεύματος δὲ ἁγίου φρουρουμένῃ, κτιζούσῃ τὸ τηνικαῦτα περὶ τὸ ὄρος τῶν Ἐλαιῶν μοναστήριον καὶ ἐκκλησίαν τοῦ ἁγίου μάρτυρος

patriam habuit Cappadociam, e civitate Ararathia (1) oriundus. Ibi a prima juventute monasticam disciplinam edoctus est. Cum venisset Hierosolymas quinto anno regni Marciani (2), et invenisset ab aposchistis (3) monasteria in sancta civitate sita occupari, nolens eorum subici stultae pertinaciae et turbulentae sententiae, adhaesit mulieri cuidam magnae virtutis, Flaviae nomine, quae custodita a Spiritu sancto condiderat monasterium, quod tunc erat apud montem Olivarum (4), et ecclesiam sancti Juliani (5). Quae cum suscepisset eum

in *P. G.*, tom. CXX, p. 264), juxta ripam torrentis Cedron (Saulcy, *Voyage autour de la mer Morte*, tom. I, p. 144). — (1) Forsan *Ararathia*, ac proin *Ariarathia*, quae legitur in Itinerario Antonini (Wesseling, *Vetera Romanorum Itineraria*, p. 181). Hanc urbem dicit Wesseling fuisse regiam civitatem regum Cappadocum; tempore suo non novit Constantinus Porphyrogeneta nisi lacum ejusdem nominis (*P. G.*, tom. CXV, p. 75). In duobus codicibus Ptolemaei, nempe Palatino et Coisliniano, legitur Ἀριαράθιρα (ed. Ptolem., a Gerardo Mercatore, Coloniae 1584, p. 63). Sanctus Theodosius, et ipse Cappadox, fertur natus in civitate cujus nomen inscribitur Μογαρισσός vel Μογαριασσός (Usener, *Der h. Theodosios*, p. 6, 116). Jam vero coniciat aliquis eandem esse hanc urbem cum *Megalosso* (Ptolem. ed. cit., p. 63; cfr. in eodem opere Asiae tabulam primam). Praeterea, Cyrillus in Vita sancti Theodosii (*op. cit.*, p. 105) situm urbis in quo natus est Theodosius ita describit: ὑπὸ μὲν τὴν Καισαρέων πόλιν τελούσης, οὐ μακρὰν δὲ τῆς Κομανῶν πόλεως τῆς λεγομένης χρυσῆς διακειμένης. Quae apprime concordant cum situ *Megalossi*, qui etiam vicus haud longe abest ab Ariarathia. Vicini proin erant in sua patria sancti Theognius et Theodosius, postea in Palaestina iterum conjuncti. — (2) Cfr. in praecedenti encomio notam de Flavia num. 5. — (3) Gr. ἀποσχιστάς. Vox Cyrillo propria valde ut designet haereticos et schismaticos monachos. (Cfr. Vitam Theodosii, ed. Usener, p. 57, l. 10; 59, l. 19; 69, l. 14; Vitam Euthymii, apud Cotel., *Eccl. gr.*, *monum.*, tom. II, p. 63, 86, 88; Vitam Sabae, *ibid.*, tom. III, p. 306.) Alluditur in praesenti loco ad schisma impii Theodosii rebellantis contra Juvenalem, episcopum Hierosolymitanum, operam praebente Eudocia. Schisma illud quod anno 451 exorsum est viginti annos perduravit. Videsis Couret, *La Palestine sous les empereurs grecs*, p. 121, 122. — (4) Cfr. Paulum monachum, num. 5; qui magis determinat situm hujus coenobii *in loco qui dicitur Gethsemani*. — (5) De quonam sancto Juliano agatur non facile est discernere. Forsan de sancto Juliano Brivatensi cogitare licet propter Flaviae originem occidentalem, eo vel

Ἰουλιανοῦ. Ἥτις αὐτὸν δεξαμένη καὶ ἐπὶ ἱκανὸν δοκιμάσασα χρόνον, καὶ δόκιμον καὶ ἐνάρετον εὑροῦσα, διοικητὴν τοῦ αὐτοῦ κατέστησε μοναστηρίου. Αὐτῆς δὲ ἀπὸ Παλαιστίνης ἐπὶ τὴν ἐνεγκαμένην διὰ χρείαν τῆς οἰκοδομηθείσης ἐκκλησίας ἐκδημησάσης καὶ ἐν τῇ πατρίδι τελευτησάσης, ὁ πανεύφημος οὗτος Θεόγνιος ἐπὶ τὴν τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας ἡγεμονίαν ἑλκόμενος ὑπὸ πάντων τῶν τῆς συνοδίας, καὶ τὸν τῆς ἀρχῆς κίνδυνον ὑφορώμενος ἔφυγεν εἰς τὴν ἔρημον, καὶ ἔρχεται πρὸς τὸν τρισμακάριον ἀββᾶν Θεοδόσιον. Καὶ μείνας παρ' αὐτῷ ἱκανὸν χρόνον, καὶ τῇ τοῦ βίου λαμπρότητι πᾶσαν τὴν συνοδίαν φωταγωγήσας καὶ τοῖς μοναχικοῖς πλεονεκτήμασιν ἄριστος φανείς, ὥστε πάντας τοὺς ὁρῶντας τὰ καλὰ αὐτοῦ ἔργα δοξάζειν τὸν πατέρα τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς· ἐπηνεῖτο* μὲν ὑπὸ πάντων καὶ ἐθαυμάζετο ἐπί τε ἀμέμπτῳ πολιτείᾳ καὶ βίου ἁγιότητι, αὐτὸς δὲ τὴν ἐκ τῶν ἐπαίνων καὶ τῆς ἀνθρωπίνης δόξης πεφυκυῖαν ἐγγίνεσθαι τῇ ψυχῇ βλάβην ὑφορώμενος, ἅμα δὲ καὶ βλέπων τὴν μονὴν τῇ τοῦ Θεοῦ συνεργίᾳ κατὰ μέρος πληθυνομένην καὶ πλουτιζομένην, καὶ τὴν ἐκ τοῦ περισπασμοῦ ἐγγινομένην σύγχυσιν δεδιὼς*, ἀνεχώρησεν εἰς

* cod. ἐπαινεῖτο

* cod. δεδειῶς

et aliquod tempus probasset, prudentem et virtute praeditum experta, oeconomum constituit istius monasterii. Sed cum ipsa ex Palaestina in suam regionem propter necessitatem aedificatae ecclesiae migrasset et in patria sua mortua esset (1), inlustris iste Theognius ad eandem ecclesiam regendam compulsus ab omni coetu fratrum, sed periculum metuens principatus fugit in eremum, et se contulit ad ter beatum abbatem Theodosium (2). Apud quem cum aliquod tempus mansisset et vitae splendore totam congregationem illuminasset, quippe qui monasticis dotibus optimus apparebat, ita ut *omnes qui viderent ejus bona opera glorificarent Patrem qui in caelis* (3), laudabatur ab omnibus eum mirantibus propter inculpatam conversationem et vitae sanctitatem. Ipse vero illud quod ex laudibus et humana gloria natum est provenire animae damnum metuens, simulque videns monasterium, Deo allaborante, sensim multiplicatum et ditescens (4), nec non ex distractione provenientem effusionem timens, recessit in loca circum ipsum monasterium sita et inventam

magis quod, teste Gregorio Turonensi (*Act. SS. Febr.*, tom. II, p. 184, n. 40), hujus sancti fama et reliquiae perlata sunt in orientales usque plagas. — (1) Haec iterum insinuant unde venerit ista Flavia in Palaestinam, quae, ut olim Fabiola (Cfr. S. Hieronym. ep. 64, § 8, *P. L.*, tom. XXII), in patriam reversa est. — (2) Cfr. dicta ad notam 1, num. 7. — (3) *Matth.*, V. 16. — (4) Legimus in Vita sancti Sabae, num. LVI, monachorum sancti Theodosii numerum ad quadringentos excrevisse

τοὺς περὶ τὴν αὐτὴν μονὴν τόπους, καὶ εὑρὼν σπήλαιον κατῴκησεν εἰς αὐτό, καὶ ὀλίγον χρόνον ἐκεῖσε ἡσυχάσας, καὶ ναὸς τοῦ παναγίου πνεύματος γεγονὼς τὴν ἐξ ὕψους δύναμιν ἐνδυσάμενος χρόνια πάθη παραδόξως ἰᾶτο, καὶ θαυματουργίας πλείστας ἐπετέλει. Ὅθεν περίφημος γεγονὼς κτίζει ἑαυτῷ κατὰ πρόσβασιν κοινόβιον περιφανέστατον.

2. Χρόνου δέ τινος διελθόντος, ἀκούσας τὰ περὶ αὐτοῦ ὁ ἀρχιεπίσκοπος Ἠλίας * χειροτονεῖ αὐτὸν ἐπίσκοπον τοῦ Βιτυλίου· πολύδριον δὲ τοῦτο παραθαλάσσιον ἐπὶ ἐνενήκοντα μιλίοις * διέχον τῆς ἁγίας πόλεως. Τοῦ δὲ θείου Θεογνίου τὴν ἐπισκοπὴν ἀκουσίως δεξαμένου, καὶ ἐν τῷ εἰρημένῳ πολυδρίῳ χρόνον τινὰ διατελέσαντος, ἡ προσπαρακειμένη θάλασσα τοὺς οἰκείους ὅρους ὑπερβᾶσα ἀγριωτάτοις κύμασι τῷ πολυδρίῳ προσέῤῥησσεν, ἀπειλοῦσα αὐτὸ * ἐκριζῶσαι βιαίως καὶ ἀπολέσαι, οὕτω μᾶλλον τοῦ Θεοῦ οἰκονομήσαντος πρός τε σωφρονισμὸν τῶν ἐνοικούντων καὶ φανέρωσιν τῆς Θεογνίου θείας χάριτος. Φόβῳ τοίνυν ἐνσχεθέντες οἱ οἰκήτορες τὴν θάλασσαν κορυφουμένην θεωροῦντες προσφεύγουσι τῷ δικαίῳ, δεόμενοι δι' εὐχῆς τὴν τοιαύτην ὁρμὴν χαλινῶσαι. Ὁ δὲ μέγας τῆς εὐσεβείας ἀγω-

* *cod.* Ἡλίασι
* *cod.* μηλίοις
* *cod.* αὐτῷ

cavernam inhabitavit. Cumque modicum tempus vitam solitariam egisset, templum sanctissimi Spiritus factus, virtute ex alto indutus, chronicos morbos praeter spem sanavit et miracula plurima patravit. Unde inclitus effectus condit sibi in proximo loco (1) coenobium celeberrimum.

2. Post alicujus temporis intervallum, audiens de illo archiepiscopus Helias (2) ordinat ipsum episcopum Beteliae. Est hoc oppidulum quoddam situm ad mare, nonaginta miliaribus distans a sancta civitate (3). Cum divus Theognius episcopatum invitus accepisset et in dicto oppidulo tempus aliquod degisset, adjacens mare suos limites transgressum ferocissimis fluctibus in oppidulum profluxit, minans ipsum violenter eradicare et pessumdare; ita quidem Deo disponente ut resipiscerent incolae et manifestaretur Theognii divina gratia. Timore igitur perculsi habitatores mare iratum videntes confugiunt ad justum, deprecantes ut per orationem tantum impetum refrenet. Magnus vero pietatis athleta Theognius plurimis cedens petitionibus

(1) Exinde apparet coenobium sancti Theognii haud procul distare a laura sancti Theodosii, et infra dicetur illud situm fuisse in deserto, nempe Hierosolymitano. — (2) Gr. Ἡλίασι. Saepius appellatur *Helias*. — (3) Videsis quae de Betelia diximus supra in prolegomenis num. 3, 4, quae possunt conferri cum iis quae nuper disseruit Gelzer in *Georgii Cypri descriptione orbis romani*, p. 191.

νιστὴς Θεόγνιος ταῖς πολλαῖς εἴξας* δεήσεσιν ἦλθεν εἰς τὸν αἰγιαλόν, καὶ εἰσελθὼν εἰς τὸ ὕδωρ ἔπηξεν σταυρὸν εἰς τοὺς ἀρχαίους τῆς θαλάσσης ὅρους, τὸ γραφικὸν ἐκεῖνον πρὸς τὴν θάλασσαν λέγων· Τάδε λέγει Κύριος· μέχρι τοῦ σταυροῦ τούτου ἐλεύσῃ καὶ οὐχ ὑπερβήσῃ, ἀλλ' ἐν σεαυτῇ συντριβήσονταί σου τὰ κύματα. Καὶ οὕτως τὸν σταυρὸν πήξας ὑπέστρεψεν, ἡ δὲ θάλασσα εἰς τοὺς ἰδίους εὐθέως ὅρους ὑποστρέψασα μέχρι τῆς σήμερον, ὅσον ἂν ἐκμανῇ, ἁπτομένη τοῦ παγέντος ὑπὸ τοῦ δικαίου σταυροῦ χαλινοῦται καὶ ὑποστρέφει.

* cod. ἧξας

3. Ἀλλὰ τί χρεία μοι πλειόνων περὶ τοῦ ἀοιδίμου Θεογνίου λόγων; ὅπου γε προλαβὼν ὁ ἀββᾶς Παῦλος, ὁ τῆς μὲν Ἐλούσης πόλεως ἡσυχαστής, ἐν μοναχικοῖς δὲ κατορθώμασι καὶ ὀρθοδόξοις δόγμασι λάμπων, καὶ βίῳ καὶ λόγῳ φωτίζων ἡμῶν τὰ κατὰ Θεὸν διαβήματα, τὸν αὐτοῦ τοῦ μακαρίου Θεογνίου βίον ἀκριβῶς καὶ κατὰ πλάτος συνεγράψατο. Τοιγαροῦν ὁ μέγας Θεόγνιος τὴν μοναχικὴν τάξιν τε καὶ πολιτείαν τῷ οἰκείῳ βίῳ φαιδρύνας, καὶ τὴν ἱερατικὴν καθέδραν τοῖς πνευματικοῖς ἀγαθήμασι καὶ τοῖς θείοις χαρίσμασι διακοσμήσας, καὶ ἐν ἀμφοτέροις τοῖς τάγμασιν εὐδοκιμήσας λαμπρῶς καὶ μεγάλως, περὶ τὸ τέλος τῆς

venit in littus, et aquam ingressus figit crucem in pristinis maris finibus, illud scripturae ad mare dicens : *Haec dicit Dominus : Usque ad crucem hanc ibis et non transgredieris, sed in teipso confringentur fluctus tui* (1). Sicque cruce infixa reversus est, mare autem ad proprios ilico fines regressum est; usque ad hanc diem, quantumcunque furiat, cum attigerit infixam a justo crucem, refrenatur et revertitur.

3. Sed quid opus est mihi plura de celebri Theognio dicere, siquidem praeveniens abbas Paulus (2), Elusae civitatis solitarius, monasticis virtutibus et orthodoxis doctrinis fulgens, nec non vita et verbo illuminans nobis gressus qui sunt secundum Deum (3), ipsius beati Theognii vitam accurate et fuse conscripsit. Igitur magnus Theognius cum monasticum ordinem et conversationem sua vita illustrasset, et episcopalem cathedram spiritualibus bonis et divinis gratiis decorasset, et in utroque ordine probatus splendide et egregie, sub fine vitae suae ascendens in suum monasterium quod est in

(1) Alludit ad *Job.*, XXXVIII, 11. — (2) Cfr. prolegomenorum num. 6. — (3) Gr. κατὰ Θεὸν διαβήματα. Collegit nuper cl. Usener *(op. cit.*, p. 117, 118) similes loquendi modos nimirum ἡ κατὰ Θεὸν πολιτεία, ὁ κατὰ Θεὸν βίος, ὁ κατ' ἀρετὴν βίος; nostrum τὰ κατὰ Θεὸν διαβήματα non citat.

ἑαυτοῦ ζωῆς ἀνελθὼν ἐν τῇ ἑαυτοῦ μονῇ τῇ εἰς τὴν ἔρημον, ἴσως τοῦ Θεοῦ τὸν τῆς κοιμήσεως καιρὸν αὐτῷ ἀποκαλύψαντος, καὶ μικρόν τι ἀῤῥωστήσας εἰς τὸν ἄλυπον καὶ ἀκύμαντον μετέστη βίον, ἔνθα εὐφραινομένων πάντων ἡ κατοικία.

deserto (1), cum forsan Deus dormitionis tempus ipsi revelasset, aliquantulum aeger factus, ad vitam tristitiae et perturbationis expertem migravit, ubi est gaudentium omnium habitaculum.

CORRIGENDA.

Longe aberat, et quidem ab octo mensibus, e Bibliotheca Parisiensi codex Coislinianus cum, urgente tandem tempore ut in lucem ederentur *Analecta nostra*, textus prelo subiciendus fuit, quin iterata collatio institui valeret : immo codex non nisi post impressum integrum textum rediit. Igitur ecgrapho fidendum fuit quod, uti norunt illi qui ingrato librarii muneri incumbunt, nonnumquam periculo non caret.

Quos admisimus errores, nec citius emendare licuit propter adjuncta, jam heic ingenue confitemur.

P. 80, l. 5, pro ἀνέστη lege ἀνέπτη, ac proinde in versione latina *evolavit*, non autem *ascendit*. — Ibid., l. 10, ἐξηυμενίζετο, non ἐξηυμαρίζετο. — Ibid., nota 3, pro διακυντερεύειν, lege διανυκτερεύειν. — P. 81, l. 1, ecgrapho, non codici, vitio vertenda mala scriptio κόπιεσθαι. — P. 82, l. 2, ne καὶ ἐπάτει, sed κατεπάτει lege. — P. 83, l. 13, 14. Hunc locum male habuit ecgraphus; in codice optime quidem legitur : ἐν τῷ τὸ μοναστήριον ἐγγὺς ἱδρύσθαι τῆς πόλεως. — P. 85, l. 8, pro ὀρενή lege ὀρεινή. — P. 88, l. 10, lege κεχρεωστημένας, non autem κεχρηστημένας, ac proin noli jam attendere ad notam (2) ejusdem paginae.

(1) Cfr. supra, p. 85, not. 1.

INVENTIO CORPORIS

SANCTI ANTONINI MARTYRIS PLACENTINI

Exprobrat I. B. Sollerius (1) Petro Mariae Campi (2) et Petro de Natalibus (3) quicquid de sancto Antonino, Placentino martyre, tradidere, non nisi saeculo XIII posterioribus niti instrumentis. Cuius gravi iudicio, quantum ad ipsius martyris Acta spectat, album adicere calculum nobis libet (4); sed non ita contemnendam putaverimus inventi eius corporis narrationem, quippe quam nobis exhibeant bibliothecae Ambrosianae codices duo, saeculo XI exarati, signatique alter E. 22 Inf. (fol. 2v), alter D. 22 Inf. (fol. 69r). Attente inspicienti patet utrumque ad Mediolanensem ecclesiam pertinere. In evulgando hoc documento, priori codici numerum 1, numerum 2 alteri affigimus. Quid vero rerum ex hac narratione rescindendum sit facile iudicabit prudens lector.

Revelatio beatissimi episcopi et confessoris Savini et inventio sancti martyris Antonini.

In diebus illis cum beatissimus urbis Placentinae Savinus episcopus ieiuniis et orationibus sedule Deo deserviret atque populo sibi commisso caelesti sermone pabulum provideret, subito intempestae [1] noctis silentio per visum quasi vir splendidissimus apparuit ei, et locum, ubi beatissimi martyris Antonini corpus iam olim multis labentibus annis lateret, sicut a persecutoribus trucidatum fuerat, hominibus incognitum tumulo iaceret ostendit. Quin etiam et formam [2] corporis, membra mirifica, annos, nomen et caput abscisum a corpore signavit. Urceum quoque eius sanguine plenum pro testimonio reservatum pandit beatissimo sacerdoti Savino; et ut ipsum corpus eius ex eodem loco levare deberet et digno loco sepulturae traderet

Titulus. — Revelatio beati Savini episcopi et confessoris et inventio sancti Antoninii *(sic)* martyris 2. — [1] in tempestate 2. — [2] forma 1.

(1) *Acta SS.*, ad d. 4 Iulii, tom. II., p. 15-17. — (2) *S. Antonini martyris Placentiae tutelaris Series*, p. 9-12. Placentiae, 1603, 4°; et *Dell' Historia Ecclesiastica di Piacenza*, parte I, p. 119-120. Piacenza, 1651, in fol. — (3) *Catalogus Sanctorum*, lib. VIII, cap. 133. — (4) Cfr. *Catalog. codd. hagiogr. bibl. nat. Paris.*, tom. I, p. 131.

admonuit. Igitur hunc Antoninum martyrem Christi ferunt quodam tempore Placentinae urbis finibus egressum atque orientales pertransisse provincias, multaque [3] in eisdem provinciis eum miracula fecisse [4] scriptum repperimus; denique socium fuisse beati Mauritii martyris et [5] ex eiusdem legionis ordine, qui pro Christo sanguinem fundere meruerunt [6], attestantur. Cumque sanctus episcopus Savinus evigilasset, secum [7] volvere coepit quidnam haec visio signaret, quae sibi fuerat ostensa. Dum autem haec corde rimaret, fugatisque tenebris noctis [8], protinus lux diei emicuit.

Surgens itaque mane sacerdos omnes sacerdotes et levitas seu primos civitatis ad se venire praecepit et quaeque sibi per visum [9] fuerant dicta omnibus patefecit; quid vellent quodve consilium darent expetivit. Tunc universi qui aderant immensas laudes gratiasque referentes Deo, ad locum sanctum in quo corpus latebat ut ardentissimo animo properare iuberet exhortantur, et sanctum pignus quod per visum revelatum fuerat, inquirendum festinant. Sic denique sanctus episcopus cum hymnis et canticis spiritalibus turbisque populorum ad locum accessit. Deinde, facta oratione, quasi duarum horarum spatio certatim manibus terram effodiunt, retectumque sanctum corpus aspiciunt et sicut ab episcopo audierant oculis cernunt. Cumque eum manibus tractarent, ad testimonium sancti martyris, gutta sanguinis ex eodem corpore profluxit. Cum itaque tantum unus adesset beatus Savinus episcopus, ex improviso [10] sex affuerunt episcopi, ut sancti funeris exequias sollenniter celebrarent. Levantes itaque sanctum corpus, ad basilicam sancti Victoris episcopi et confessoris elatum detulerunt atque in eius sepulcrum digno condiderunt honore. Denique fertur ut beatus Victor, dum adhuc in hac vita positus esset, per Spiritum hoc mysterium praevidens dixisset : *Post meum quoque obitum maior me in hoc tumulo quiescet;* quod nunc rei probavit eventus. Sicque factum est ut episcopi, qui ex improviso affuerant, subito discedentes, nusquam comparuerunt; unde venissent aut quo issent soli Deo notum est, homines [11] vero penitus latet, quippe quia omnipotens Deus propter exequias martyris sui sollenniter celebrandas misit. Quin potius ut fidem daret credentibus, quemadmodum in terris sancti martyris sui funus Antonini digno ditavit honore, ita in caelestibus gaudiis et choris angelorum in perpetuum sociavit. Gesta sunt autem haec die idus Novembris, regnante D. N. J. C.

— [3] multasque 1. — [4] vidisse 1. 2. — [5] *om.* 1. — [6] (f. m.) m. f. 2. — [7] secumque 2. — [8] (t. n.) n. t. 2. — [9] (s. p. v.) p. v. s. 2. — [10] improvisu 2. — [11] hominibus 1.

VIE DU BIENHEUREUX MARTYR

JEAN FISHER

CARDINAL, ÉVÊQUE DE ROCHESTER (✝ 1535)

TEXTE ANGLAIS ET TRADUCTION LATINE DU XVIe SIÈCLE

Dissertation préliminaire.

La Vie anglaise que nous publions n'est pas, à proprement parler, inédite. En 1655, on l'imprimait une première fois à Londres sous le nom de Thomas Bailey (Bayly) ; les éditions suivantes, entre autres celles de 1739 et de 1740, ne se distinguent que par de très légers changements (1). *D'après Anthony Wood* (2), *le texte qui servit de base avait été copié sur un manuscrit des Bénédictins anglais de Dieulouard, en Lorraine. Après avoir passé par plusieurs mains, il échut en prêt au Dr Th. Bailey. L'emprunteur le transcrivit à son tour, mais en l'altérant* " making some alterations therein ", *et vendit sa copie pour quelque argent à un libraire, qui la fit imprimer à Londres.*

89. *But of all this busines I may thanke you, my lord cardinall of Yorke, who havinge longe sought to make this discention between my lord the kinge and me, because I have so ofte found* [1] *falte with your pompeous vanitie and aspiring minde. Howbeit this your malice against me proceedeth not from you as in respect of my selfe alone; but your cheefe displeasure is against my nephewe, the emperor, for that at his hands you were first repelled from the byshopericke of Toledo which greedily you desired* (1), *and after that were by his meanes kept from the cheefe and high bishopprick of Rome, wherunto most ambitiously you aspired* (2). *Wherat beinge sore offended and yet not able to revenge your quarrell on him, you have nowe raysed this quarrell against me, his poore aunt, thinking therby to ease your cruell minde: for the which God forgeve you and amend you* (3). *It is therfore a wounder to heare what newe*

---

viris iuris divini et humani scientissimis (qui eo tempore aeque docti fuerunt atque nunc ulli sunt), procuraverint, quorum omnium censuris legitimum et iustum tunc habebatur.

89. *Sed totius huius luctuosi divortii tu unus, D. cardinalis Eboracensis, materiam praebuisti, qui iamdiu inter me et regem discordiarum causas subministrasti, non aliam certe ob rem magis quam quod fastuosum et nimis excelsum animum tuum arguere solebam. Quamvis hoc tuum in me odium non solum propter me, sed et propter nepotem meum Carolum V imperatorem concitatum esse videatur, qui te primum ab archiepiscopatu Toletano, ad quem aspiraveras, deinde et a summo pontificatu, quem per ambitionem et malas artes appetiveras, reppulit; contra quem quia te vindicare non potes, totum fortassis virus malitiae tuae in me effudisti. Sed ignoscat tibi Deus. Incredibile dictu est quot in me mendacia et calumniae confictae*

89. — [1] *om.* 2.

(1) P. 288 et note 2. — (2) P. 289-90, note 1. — (3) Cette sortie de Catherine contre le cardinal d'York ne se lit pas chez Cavendish. Elle provient du chroniqueur Éd. Hall (v. p. 182, note 7), qui prête ce propos à la reine dans une entrevue qu'elle eut avec les deux légats, peu de temps après le 8 novembre 1528. A l'entendre, il ne fait que traduire le secrétaire du cardinal Campeggio. Or, les lettres du légat italien sur ses entrevues et celles de son collègue avec la reine nous sont parvenues; il ne s'y retrouve pas la moindre allusion à cette attaque de la reine.



inventions are now devised against me that never entended but honestly. And nowe to cause me to stand to the order and iudgment of this courte, ye should (said she to the kinge) * *do me much wronge, as seemeth to me,* * p. 67. *seeinge one of the iudges is parciall against me and hath sought meanes to raise this displeasure betweene you and me. And further, if I should agree to stand to* [2] *the iudgment of this court, ye may condemne me for lacke of answere, havinge no counsell but such as ye have assigned me; and those ye may well consider cannot be indifferent on my parte, seeinge they be your owne subiects and such as you have taken and chosen out of your owne counsell, wherunto they be privie and dare not disclose your will and intent. Therefore I refuse here to stand to their iudgment, and do appeale to the Sea apostolicke, before our holy father the pope* (1), *humbly beseechinge you in the waye of charitie to spare me, till I may knowe what further waie my frendes in Spaine will advise me to take; and yf you will not this doe, then your pleasure be fulfild.*

90. And with that she rose up; and makinge a lowe curtesie to the kinge, departed, leavinge there a great number of sorrowfull

---

sunt, quae nihil umquam nisi sincere et simpliciter cogitavi. Quod si coram hoc tribunali in iudicio me stare velles, serenissime rex, ubi unus ex iudicibus delegatis partem contrariam tuetur et inter te ac me hoc dissidium concitavit, iniquus esses. Deinde qua, quaeso, ratione hic respondere possum, quae nullos habitura sum causae meae patronos, nisi mihi a te designatos; quos, ut e tuo concilio selectos, et secretorum tuorum * *conscios, nec tuae voluntati refragari audentes,* * p. 40. *merito possum habere suspectos? Quare ab hoc iudicio ad Sedem apostolicam provoco, humiliter et submisse te rogans, ut tantum mihi induciarum detur, quantum sufficiat ad consulendum amicos meos in Hispania, ut ex illis resciscam quid me in hac parte amplius velint agere; quod si mihi tua Serenitas tantum nolit concedere, fiat voluntas tua.*

90. His dictis statim surrexit, et humiliter ac demisse coram rege inclinata recessit. Ad cuius lamentabilem orationem multi animi

— [2] in 2.

(1) Au sujet de cet appel de la reine et de celui du 18 juin, Campeggio écrit à Salviati, le 21 juin : *Hoggi si e pronuntiato nos esse iudices competentes, reiectis omnibus ab ea deductis. Lei* [la reine] *ha interposto una amplissima appellatione et supplicationem ad Pontificem et recessit.* Brewer, ouvr. cité, vol. IV, Introd., Append., p. DCLXXI. Cfr. dans le corps du vol., n. 5702, p. 2526, lettre de Du Bellay à François I[er].



harts, that heard her lamentable wordes. Amonge which this pittifull bishop of Rochester (as one that knew most of the equitie of her cause) was not able to refraine from teares : which open sight caused many other to have the more compassion of the good queenes cause. As soone as the queene was up, it was supposed that she would have returned to her place from whence she came; but she departed straight out of the court and turned [1] no more (1). The kinge, perceivinge that she ment to goe cleane awaie, caused her to be called againe; but she would in noe wise returne, sayinge to such as were about her that she would no longer tarrie, for the court was not indifferent for her. And so she departed for that time and would never after appeare in any [2] open courte (2).

* p. 68. **91.** * The kinge, perceivinge that she was thus gone and consideringe well upon [1] the wordes she had there spoken, said to the audience thus in effect : *For as much as the queene is now gone, I will in her*

---

sui dolorem ac maestitiam vultus tristitia declaraverunt, sed potissimum Roffensis noster ; qui, quod aequitatem causae suae optime perspectam haberet, non potuit se cohibere a lacrimis, cuius exemplo plerique alii ipsius calamitatem et miseriam summopere deplorabant. Quae posteaquam de terra ubi fuit prostrata surrexisset, existimabatur ilico ad sedem suam reversura; sed protinus ex iudicio discessit, et ne quidem a rege revocata redire voluit, causam hanc praetexens amicis suis discessus eius, quod nimirum praevidebat iudicium hoc parum aequum sibi futurum. A quo tempore numquam alicubi publice in iure comparuit.

Cap. VIII. — Regina recedente ex iudicio, rex eam laudat, narrat causas scrupuli sui in hoc matrimonio, ait se obtinuisse facultatem a metropolitano episcopo suo et similiter ab omnibus aliis ut rem hanc vocaret in controversiam. Roffensis constanter negat se consensisse.

91. Rex, cum illam plane abiisse cerneret, verborum quae praesens locuta fuerat memor, apud auditores verba fecit in hunc modum : *Quandoquidem, ut video, regina se hinc subduxit, ipsa absente*

90. — [1] returned 2. — [2] *om.* 2.
91. — [1] on 2.

(1) La description du départ de Catherine est beaucoup plus circonstanciée chez Cavendish, édit. cit., p. 118. — (2) Cfr. la lettre du 29 juin de Campeggio à Salviati. Theiner, ouvr. cité, p. 586.

absence declare unto you all that she hath bene to me, as trewe as obedient, and as conformable a wife, as I could wish or desire. She hath all the vertuous quallities that ought to be in a woman of her dignitie or in [2] *any other, yea, though she were of baser state. She is also a noble woman borne, as her noble condicions will well declare* (1). *And the speciall cause, y^t moved me in this matter, was a certaine scruple y^t prickt my conscience, whether my daughter Marie should be legitimate or noe in respect of this maryage with this woman, beinge somtime my brothers wife* (2). *Which thinge once conceived in the secretts of my breste, by a certaine occasion geven me when time was, ingendred such a scrupilous doubt in me, that my mind was incontinently accombred, vexed and disquyeted. Wherby I mistrusted my self to be greatly in the daunger of Gods indignacion, which appeared to be* [3] *(as to me* [4] *seemed the rather) for that he sent us no issue male and that all such yssues, as she had by me, dyed incontinently after they came into this world. So that I doubted the great displeasure of Almightie God in that behalf* (3). *Thus my conscience beinge tossed too and froe with the waves*

---

ingenue apud vos omnes fatebor fuisse illam mihi semper fidissimam et obsequentissimam coniugem, nec deesse illi virtutem ullam, quae in muliere tantae dignitatis aut in quacumque alia desiderari possit; quam illustri loco esse natam, illustres eius mores facile attestantur. Causa autem, quae me primum movit atque impulit ut hoc meditarer, erat scrupulus quidam conscientiae, quo metuebam ne Maria, filia mea, quam ex ipsa susceperam, me mortuo *illegitima haberetur, eo quod illam ex fratris mei defuncti uxore genueram. Quo videlicet scrupulo semel ex nescio qua occasione concepto et postea in animo meo formato, multum omni ex parte * cruciabar et distrahebar, dum et veritus essem ne Deus mihi propterea proles masculas denegasset, quia hoc facinus in me vindicare voluit. Quibus curis et angustiis hinc inde agitatus, cum ex hac uxore iam propemodum effeta desperassem alios liberos posse suscipi, existimabam mei officii esse regni mei saluti et commodis prospicere, quod in maximo periculo versaretur, si nullum ex corpore meo susceptum heredem legitimum reliquissem. Ad hoc igitur* * p. 41.

— [2] *om.* 2. — [3] me 2. — [4] (t. m.) it 2.

(1) Chez Cavendish, p. 119, le roi innocente ici Wolsey de lui avoir suggéré le premier des doutes sur la légitimité de son mariage. Cette justification était à sa place, puisque le cardinal d'York siégeait, en qualité de juge. — (2) Cavendish, l. c., intercale ici le soupçon prêté à l'évêque de Bayonne (Tarbes), que notre biographe a rapporté plus haut (n. 66, p. 277-8, avec la note 1). — (3) Ainsi la dispense de Jules II était impuissante à tranquilliser le monarque scrupuleux sur son



of continewall unquyetnes and almost in dispaire to have any other yssue then I had alreadie by this ladie, yt behooved me further to consider the state of this realme and the daunger it stood in for lacke of a prince to succeed me. And therfore I thought it good, in release of this mightie burthen of my conscience and for the quyet state of this
* p. 69. *noble realme, to attempt the lawe therin, whether I might lawfully * take an other wife, by whom God may send me yssue, in case this my first maryage were not good. And this is the only cause I have sought thus farre, and not for any displeasure or mislyking*[5] *of the queenes person or age, with whom I could be as well content to continewe (yf our mariage may stand with the lawes of God), as with any wooman alive* (1).

92. *And in this point consisteth all the doubte, that we goe about to trie by the learning, wisdome and iudgments of you, my lordes the prelates and pastors of this our realme, now here assembled for that purpose, to whose conscience and learninge I have comitted the charge*

---

onus conscientiae meae sublevandum, volui rem istam in quaestionem deducere. Nam si probatum fuisset primas nuptias non fuisse licitas, relinquebatur ut aliam uxorem ducerem, ex qua heredes sperare liceret. Atque haec, ni fallor, sola causa fuit, cur de hoc divortio mentionem fecerim, non quod reginam spreverim vel odio habuerim, aut quod eius aetatem, quae modo ad senectutem nonnihil vergit, fastidierim, cum qua tam libenter, si legi Dei haec coniunctio non repugnaret, ac cum alia quavis muliere cohabitare vellem.

92. *Quam quaestionem et controversiam vobis, regni mei doctissimis episcopis, aliisque nonnullis discutiendam commiseram, paratus interim me ad vestrae conscientiae iudicium et examen corrigere et per omnia conformare; absque quorum auctoritate et consilio profiteor me mea sponte*

— [5] dislyking 2.

union avec la veuve de son frère Arthur. Et d'autre part, il recourait au Saint-Siège pour pouvoir épouser la sœur de son ancienne maîtresse. Comme si le cas n'était pas identique sous le rapport de l'affinité. Voir le document publié par M. J. Gairdner, dans l'*English historical Review*, vol. V (1890), p. 546-50. Henri VIII avait même proposé un autre expédient : lui et la reine feraient le vœu de chasteté, mais à la condition qu'après il en serait seul relevé par le pape, pour contracter un nouveau mariage. Brewer, ouvr. cité, vol. IV, n. 4977, p. 2158. — (1) Dans ses conversations avec Campeggio, Henri VIII posait en principe l'illégitimité de son mariage avec Catherine. *Et credo*, écrit le légat en octobre 1528, *si angelus de caelo descenderet, non posset ei aliter persuadere.* Theiner, ouvr. cité, p. 572. Cfr. une autre déclaration du roi à Campeggio, p. 279, note 2.

therof, and accordinge to that will I be content (God willinge) to submitt myselfe with obedience (1). *And that I ment not to wade in soe waightie a matter of my self without the opinion and iudgment of you, my lords spirituall, yt may well appeare in this, that shortly after the cominge of this scruple into my heade, I moved it unto you, my lord of Lincolne, then my ghostly father* (2); *and for as much as your self were then in some doubt, you advised me to aske the counsell of the rest of my lordes the bishopps* (3). *Wherupon I moved you, my lord of Canterburie, first to have your licence (in so much as you were metropolitan) to put this matter in question; and so I did of all you, my lords, to which you all graunted under handes and seales, and that I have here to be shewed.*

---

numquam fuisse inductum, ut in re tanta aliquid innovarem. Quod vel ex eo maxime apparet, quia, ubi hic scrupulus mihi primum in mentem venisset, illum tibi imprimis, R^me Lincolniensis, qui mihi es a sacris confessionibus, aperui; et quia nihil te certi hac de re habere dixisti, suasisti ut aliquos confratres tuos et coepiscopos consulerem. Rogavi igitur te quoque, R^me D. archiepiscope Cantuariensis, tamquam metropolitanum meum, ut mihi permitteres hoc in controversiam vocare; similiter a vobis omnibus idem contendi: quod et mihi concessistis, uti litterae singulorum sigillis confirmatae, quas hic penes me habeo, fidem faciunt.

(1) Le roi ne se souciait guère de l'avis des hommes sages; déjà en septembre 1527, à l'insu même de Wolsey, il sollicitait du souverain Pontife une dispense de bigamie. Peu lui importait la répudiation de Catherine, pourvu qu'il pût convoler à de nouvelles noces, *constante matrimonio* ou *soluto matrimonio*. Voir *State Papers*, vol. VII, p. 3. — (2) Voir le témoignage de l'évêque de Lincoln, p. 292, note. — (3) Ce discours, rapporté par Cavendish, p. 119-21, est un remaniement de celui que le chroniqueur Éd. Hall, ouvr. cité, p. 754-5, prête à Henri VIII, parlant aux notables de Londres, le 8 novembre 1528. Wilkins, *Concilia*, vol. III, p. 714, a reproduit Éd. Hall, d'après la version latine de Matthieu Parker. Authentique ou non, la harangue royale du 8 novembre 1528 a été certainement élaborée sur un fond historique. Cfr. la lettre de Du Bellay à Montmorency, datée de Londres, le 17 novembre 1528, chez J. Le Grand, ouvr. cité, vol. III, p. 217-8. Comme Cavendish, l'ambassadeur français relève l'incident de l'évêque de Tarbes, omis par Éd. Hall. D'un autre côté, l'ambassadeur de Venise à Londres nous apprend qu'à l'ouverture de la session du 21 juin 1529 le roi *said a few words in English to the judges, to the effect that he would no longer remain in mortal sin, as he had done during the last 28 years, and that he should never be at ease until the rights of this marriage were decided, requesting these judges to despatch the case, etc., etc.* Voir R. Brown, *Calendar of State Papers, Venetian*, vol. III, n. 482. En résumé, dans l'un et dans l'autre de ces discours éclate le caractère profondément hypocrite de Henri VIII.



93. *That is trewe, yf it please your Grace* (quoth my lord of Canterbury), *and I doubt not but my bretheren here will acknowledge the same.*

Then my lord of Rochester, knowinge the cleernes of his owne conscience and perceiving the dooble dealinge in this matter, was forced for discharge of his owne credit and truth to breake a litle square, and said to my lord of Canterbury: *No, my lorde, not soe; under your favour, all the bishops were not so farre agreed, for to that*
* p. 70. *instrument * you have nether my hand nor seale.*

— *No, ah!* (quoth the kinge); and therwith (looking upon [1] my lord of Rochester with a frowninge countenance) said: *Is not this your hand and your seale?* And shewed him the instrument with seales.

— *No, forsooth* (quoth the bishop).

— *How say you to that?* said the kinge to my lord of Canterbury.

— *S*r (said he), *it is his hand and his seale.*

— *No, my lorde* (quoth the bishop of Rochester againe), *in deed you were often in hand with me for my hand and my seale, as other of my lordes have done; but then I ever said to you, I would in noe wise consent to any such acte, for yt was muche against my conscience to have this matter so much as once called in question: and therfore my hand and seale should never be put to any such instrument, God willinge, with more communicacion between us in that busines, yf you remember.*

---

93. Tum Cantuariensis : *Verissime,* inquit, *dicit Maiestas tua;*
* p. 42. *nec * dubito, quin hoc idem universi confratres mei sint mecum asseveraturi.*

Ad quae verba Roffensis noster, cum et sui animi sinceritatem probe novisset, et aliorum episcoporum fraudes ac simulatas artes perspexisset, ad famam fidemque suam purgandam cogebatur ab eo nonnihil dissentire. Negavit enim omnes episcopos, ita ut dictum erat, consensisse, quia *his litteris,* inquit, *ego non subscripsi.*

Quem rex torvo vultu aspiciens : *Minime,* inquit, *consensisti? quasi vero tua manus et scriptura, tuumque sigillum, quod vides, non sit.*

Quod cum ille constanter pernegaret, percontatus rex ab archiepiscopo Cantuariensi, si illa scriptura et sigillum Roffensis non essent. Illo autem affirmante, Roffensis e contra replicabat, archiepiscopum apud se egisse saepenumero ut cum reliquis subscriberet et consignaret, se vero semper respondisse, contra conscientiam suam esse,

93. — [1] on 2.



— *In deed* (quoth my lord of Canterburie) *trewe it is that such wordes you had with me; but after our talke ended, you were at last resolved and content that I should subscribe your name and put to your seale, and you would alowe the same as yf it had bene done by your selfe.*

Then my lord of Rochester, seeinge himself so iniustly charged by the byshop of Canterburie, saide unto him openly againe : *No, no, my lorde, by your favour and lycence, all this you have said of me, is untrewe.*

And with that ment to have said more; but that the kinge stoppinge him, said : *Well, well, my lord of Rochester, it maketh no great matter ; we will not stand w*[th] *you in argument about this busines, for you are but one man amonge the rest, yf the worst fall.* And so for that time all was ended (1).

---

ut vel semel haec res in dubium verteretur; itaque nec manum, nec sigillum huic instrumento oppositurum ; multa praeterea alia inter eos acta et pertractata fuisse.

Verum est, inquit archiepiscopus, *tales inter nos sermones habitos fuisse, teque semel istis verbis quae dicis esse usum ; sed postea consensisti, ut ego tuo nomine subscriberem, teque aiebas approbaturum, quod tuo nomine gestum erat.*

Tum Roffensis, praefatus veniam, negavit verum esse quod dixerat archiepiscopus ; pluraque in hanc sententiam locutus fuisset, nisi rex eius sermonem interturbans : *Non disputabimus,* inquit, *tecum hac de re amplius; tu enim solus es inter alios, nec multum refert, sive hoc feceris, sive non feceris.* Atque ita hic actus pro eo tempore absolutus erat.

(1) Cette altercation, où Fisher se défend si vivement d'avoir apposé sa signature et son sceau épiscopal à une pièce encourageant le roi à débattre la validité de son mariage avec Catherine, n'est rapportée que par Cavendish, p. 121-2. Elle est trop caractéristique pour être une pure invention de cet écrivain. Il existe d'ailleurs un document, portant la signature et le sceau des évêques de Londres, Rochester, Carlisle, Ély, S. Asaph, Lincoln, Bath et de l'archevêque de Cantorbéry. Rymer, *Fœdera*, éd. Holmes, t. VI, p. I, p. 119. Ces prélats reconnaissent que le roi les a consultés, eux et bien d'autres, sur son divorce et *non sine causis gravissimis et maximis commotam et perturbatam conscientiam dicti invictissimi principis.* Le document est du 1er juillet 1529. Or, il est impossible que, vers cette époque, l'évêque de Rochester ait souscrit à une pareille attestation. Cette date montre aussi que Cavendish, et partant notre biographe, ont à tort rattaché cette scène à la session judiciaire du 21 juin.



* p. 71. **94.** * Shortly after, an other day of sittinge was appointed, where the two cardinalls were present. At which time ye counsell on both sides was there readye to answere. There was much matter proponed by the counsell on the kings parte, to proove the maryage not lawfull from the begininge, because of the carnall copulacion had between prince Arthur and the queene. This matter being vehemently urged, many reasons and similitudes were alleadged to prove the carnall copulacion. But being againe negatively answered by the counsell on the queenes side, all seemed to rest upon proofe, which was verie hard and in manner impossible to be tryed (1). But my lord of Rochester said that the truth of this maryage was plaine ynough to be proved good and lawfull from the begininge, whether there were carnall knowledge between the parties or noe. For the case (he said) was throughly scanned and debated in the begininge by many great

---

Cap. IX. — Indicto altero die quo consiliarii partium convenerunt et multis turpibus et obscenis fabulis pro causa regis allegatis, cum instaretur ut pro divortio regis pronuntiaretur sententia, Campegius negavit se facturum, sed prorogavit iudicium, proceribus regni frementibus ac perstrepentibus.

94. Indictus est et alius dies paulo post, ad quem cardinales ambo convenerunt; aderant et ii qui fuerant patroni utriusque partis, ut suorum clientum causas defenderent. Ab advocatis autem regiis
* p. 43. multa in medium afferebantur, ut * matrimonium hoc minime legitimum fuisse comprobarent. Sed eo potissimum omnia eorum argumenta tendebant, ut probarent copulam carnalem inter ipsam et regis germanum fratrem Arthurum defunctum intercessisse; multasque rationes et similitudines turpes allegabant, ut rem carnis docerent inter eos fuisse subsecutam. Quae omnia cum reginae consiliarii eadem facilitate negavissent, supererat ut, quod fere fieri non potuit, pars adversa illa probaret quae dixerat. Sed Roffensis hoc secundum matrimonium ab initio fuisse legitimum contendebat, sive Arthurus et regina in priori matrimonio se mutuo forsitan cognovis-

(1) La cour consacra ses séances des 5, 9, 12, 16 et 19 juillet à recevoir sous serment des déclarations, qui tendaient à prouver la consommation du mariage de Catherine et d'Arthur. Brewer, ouvr. cité, vol. IV, Introd., p. CCCCLXXXVIII, s'élève avec raison contre une procédure si vaine et si inconvenante. Thomas Bailey, ouvr. cité, p. 84-6, résume les dépositions de treize témoins.

learned divines and lawyers. Wherof himself remembred the time, and was not altogether ignorant of the manner of dealinge therin, and being after ratyfied and approved by authoritie of ye Sea apostolicke so amply and so largly, he thought it a hard matter to call yt now againe in question before any other judge (1).

95. Then spake doctor Rydley, who was a man of verie litle and small personage, but high of corrage and profound in learninge, and he said to my lord cardinall, that it was a great shame and dishonor to this honorable presence that any such presumptions, similitudes and coniectures should be so openly alleadged, for they be detestable to be rehearsed.

— *What* (quoth my lord cardinall), *Domine doctor, magis reverenter.*

— *No, no, my lord,* quoth he, *there belongeth no reverence to be geven at all, for an unreverent matter* * *would be unreverently answered* (2). * p. 72.

96. Against that courtday the bishop of London, Cuthbert Tunstall [1],

---

sent, sive non cognovissent. Erat enim (ut ipse commeminit) haec quaestio tam abunde a doctissimis viris agitata, et a Sede apostolica postea decisa, ut nefas esset amplius coram inferiore aliquo iudice retractare velle.

95. Tunc Robertus Ridlaeius, doctor theologus, brevis quidem staturae homo, sed magni animi et insigniter doctus, coram cardinalibus pro regina in haec verba erupit: Non sine summo scelere et dedecore has praesumptiones et similitudines tam obscenas, quae vel etiam indignae erant ut coram quibuslibet castis auribus nominarentur, apud tales iudices admitti posse.

Cui cardinalis Eboracensis : *Domine doctor, bona verba, quaeso,* inquit, *et maiori cum reverentia loquere.*

At ille : *Reverentia*, ait, *hic nulla opus est, quia quod absque ulla reverentia fuit propositum, nulla praefata reverentia est reiciendum.*

96. Eodem tempore Cuthbertus Tonstallus, episcopus Londinensis,

96. — [1] (the — T.) Cuthb. Tunstall, the bish. of L. 2.

(1) Notre biographe, sans quitter la trace de Cavendish, p. 122-3, cherche à masquer ici la faiblesse de l'argumentation de Fisher en cette occurrence. *Impossible de démontrer la vérité,* disait-on. *Si*, dit notre bienheureux ; *ego nosco veritatem.* Et pressé de fournir ses preuves, il apporta le texte : *Quos Deus coniunxit, homo non separet.* Et Wolsey fit remarquer avec beaucoup de justesse : *c'est précisément ce qu'il faudrait démontrer.* Au reste il est possible que la mémoire de Cavendish ne se soit rappelé l'incident qu'incomplètement. — (2) Brewer, l. c., p. CCCCXCVII, note 2, incline à admettre l'authenticité de la riposte de Ridley. Cette repartie est devenue tout un discours chez Bailey, ouvr. cité, p. 87-9.

had framed and written a verie learned treatise in defence of the queens maryage (1), which he delivered before to cardinall Campaigius to be read at that day. But the kinge, fearing him much (as he was indeed a verie famous learned man), made such speedie order with him, that he was of purpose sent away ambassador into Scotlande (2) about a matter of small importance, and appeared not in the court that [2] second sittinge, and so by meane therof the booke was not read at all. Nevertheles Campaigius called for him and wished to heare him speake, for he said in latine these words [3]: *Cum Tonstallum lego, videor mihi ipsum Ulpianum* [4] *audire* (3).

97. Thus proceeding from day to day, the legates still sate at their accustomed place; but all matters of question were cleane layd aside, seeinge the queene had appealled; and they now inquired only of such things, as belonged to the [1] instruction of the case [2] and

---

quendam tractatum pro defensione huius matrimonii conscripserat, quem cardinali Campegio tradiderat, ut ad diem praescriptum legeretur. Sed rex, sibi ab illo timens, qui extra controversiam erat vir doctissimus, ablegaverat illum parva de re in Scotiam, aut nescio quo alio, nam sunt qui contendunt illum Cameracum fuisse missum, tantum ut ab
* p. 44. hoc conventu abesset. Quae causa fuit, quod * libellus eius in his comitiis perlectus non fuit. At Campegius percontatus ubinam esset, cupiebat ipsum loquentem audire, *quia cum Tonstallum,* inquit, *audio, videor mihi audire Ulpianum.*

97. Negotio igitur hoc novis in dies dilationibus protracto, cardinales interim loco solito pro tribunali sedebant; sed quia quaestio principalis decidi non potuit, eo quod regina appellaverat, tantum de certis quibusdam capitibus et circumstantiis, ut summum Pontificem

— [2] the 2. — [3] (th. w.) *om.* 2. — [4] uspiam, 2 *et tous les autres mss.*
97. — [1] *om.* 2. — [2] (of the case) of the cause 4 ; *om.* 2.

(1) Parmi les consultations écrites, que l'on présenta judiciairement aux légats, il y en avait une de l'évêque de Londres, C. Tunstall, en faveur de la reine. V. Brewer, ouvr. cité, vol. IV, n. 5768. — (2) Erreur. La conjecture du traducteur latin est exacte; il l'aura probablement puisée chez N. Sander, trad. citée, p. 67. En effet le 30 juin 1529 le roi délivra à Tunstall, Knight, More et Hacket une commission pour traiter de la paix avec les ambassadeurs français et impériaux. Brewer, ouvr. cité, vol. IV, n. 5744. Ils s'acheminèrent vers Cambrai le 1[er] juillet. Theiner, l. c., p. 587. L'importance de cette mission ressort assez d'elle-même. Tunstall fut fréquemment envoyé en ambassade. — (3) Ce témoignage n'est pas rapporté ailleurs. Campeggio, dans une lettre à Salviati, estime C. Tunstall *persona degna et di valore.* Theiner, l. c., p. 587.

information to be geven to the popes Holynes. But the bishopp of Eelie, being one of the queenes counsell and one that mistrusted the cardynall of Yorks iust and trew dealing with her, openly declared in his wrytinge that he marveled what my lordes the legats ment to heare or hould any further plea of this matter, seeing ye queen had made her appeal to a higher iudge then they (1).

The matter being come to this conclusion, the king was cleane disapointed and driven now to seeke a new way. Wherfore he sent for the cardinal of Yorke to come to [3] him and gave unto him a great charge to goe with the other * cardinall his fellowe to the queen [4] * p. 73. and by their wisdomes to perswade wth her to geve over her appeale and to stand to the iudgment of this courte, or els to surrender the matter into his handes, which should be much better and more honorable for both partes, then to stand to open tryall in the courte of Rome. The cardinall, to satisfie the kings pleasure, did accordinge to his commaundment; but all in vaine. For the queene stoode very stifly to her appeall, and could by noe meanes be altered from that mind for any thinge the cardinall of Yorke

---

melius informarent, inquirebatur. At episcopus Eliensis, qui a partibus reginae stetit, veritus ne in hac inquisitione cardinalis Eboracensis fraude et dolo procederet, scripto publico protestatus est se non consentire ut amplius in hac causa inquirerent, cum regina ab eis ad superiorem iudicem appellasset. Cum igitur rex eo usque fuisset progressus, frustratus in totum sua spe, aliam adhuc rationem et modum excogitavit. Nam, vocato ad se cardinali Eboracensi, petebat ut ipse una cum cardinali Campegio reginam accederet eique persuaderet ut appellationem suam desereret et illorum iudicio stare vellet, aut unius solius, nimirum Eboracensis, arbitrio et potestati totum committeret : sic enim utrique parti longe honorificentius fore, quam in Romana curia publice his de rebus in iudicio contendere. Fecit cardinalis quod erat ei imperatum. At regina, quicquid ei Eboracensis suaderet, qui multo vehementius quam Campegius rem illam ursit, firmissime in appellatione sua perstitit. Aiebat simplicem se esse mulierculam, quae nec pro se respondere posset, nec haberet tales

— [3] unto 2. — [4] (to the q.) *om.* 2.

(1) Une déposition de Nicolas West, évêque d'Ély, au sujet du divorce nous a été conservée. A l'article douzième qu'on lui soumet, il répond : *Does not consider that the legates are competent judges, as an appeal has been made.* Brewer, ouvr. cité, vol. IV, n. 5774 (6), p. 2579.



could say or doe, who was much more ernest with her then the other cardinall was, she alleadginge still for her self her simplicitie and unablenes to answere in so waightie a matter, being but a woman and cleane destitute of frendes or counsell here within the [5] kings realme. *For thinke you* (said she) *that any of the kings subiects will adventure themselves to incurre his displeasure for my cause? No, no; and therfore I pray you beare with a poore woman, destitute of frendshipp, and lett me have your charitable counsell what is best for me to doe, so as all may be ended to the glorie of God and satisfaccion of the kings maiestie and me.* This communicacion ended, they returned to the kinge and made relation of her talke (1).

98. This strange case proceeding thus from day to day and court to court, the kinge at last grewe wearie and urged the cardinall to a finall day of sentence. At which day the kinge came thither and was openly sett in his chaire to heare the iudgment, where all the proceedings and actes were openly reade in latin; that done, the kings counsell called for iudgment. With that said cardinall Campagius in

* p. 74. latine : *Noe, * not soe; I will geve noe sentence, till I have made relation*

---

consiliarios, quorum patrociniis tuta et secum esse posset. *Putatis enim,* inquit, *ex regis subditis et clientibus inveniri posse, qui mihi*

* p. 45. * *salutare consilium audeat suggerere cum periculo et regis gratiam, et una vitam suam amittendi? Ignoscite igitur, per Deum immortalem, ignoscite mihi miserae mulierculae, omnibus in hoc regno amicorum praesidiis orbatae et destitutae; et tale mihi suppeditate consilium, quod in rem meam sit, ut haec lis tandem ad Dei gloriam, regis et meorum voluntatem definiatur.*

98. Rettulit haec omnia cardinalis postea ad regem, quem in tam frequenti causae huius comperendinatione coepit ad extremum taedere. Ex quo factum est ut maiore quo antea studio et contentione a iudicibus delegatis peteret ut sequenti die iuridice controversiam hanc definirent : quo tempore, et ipse praesens aderat, et in cathedra sua sedens exspectavit litis eventum. Postquam igitur omnia acta fuissent latine recitata, ii qui regi fuerunt a consiliis, petierunt pronun-

— [5] *om.* 2.

(1) La source de ce paragraphe et des deux nn. suivants est Cavendish. Voir p. 182, note 4. Les deux légats eurent plusieurs entrevues avec la reine, et Campeggio en parle dans sa correspondance. Theiner, l. c., pp. 573, 574 et 584. Il est à croire que la reine aura été pressée plus d'une fois de retirer son appel au Saint-Siège.



unto the pope of all our doings, whose commandment I will observe in this case. The matter is to highe for us to define hastily, consideringe the highnes of the parsons and the doubtfull arguments alleadged, remembringe also whose commissioners we be and under whose authoritie we sitt, it were (me thinketh) good reason we should make our cheef heade of counsell therwith, before we proceed to sentence definitive. I came not hither to please, for favor, meed or dreed of any person alive, be the kinge or subiect; neither have I any such respect to the person, that I will offend my conscience or displease God. I am now an ould man, both weake and sickly, and daily look for death. And should I now put my soul in daunger of Gods displeasure to my everlastinge damnation, for the favour or feare of any prince in this worlde? My comminge hither is only to see iustice ministred, accordinge to my conscience. And for asmuch as I understande by the allegacions the matter to be verie doubtfull, and also that the partie defendant will make no answere here, but doth rather appeall from us, supposinge that we cannot be indifferent iudges for the consideringe the kings high authoritie and dignitie within this [1] *his owne realme, where she thinketh we dare not do her iustice for*

---

tiari sententiam. At Campegius negavit se id facturum, quoad pontificem de tota re certiorem fecisset, cuius mandatum se velle exspectare dixit : esse enim negotium maioris ponderis, quod tantas et tales personas concerneret et tot utrinque difficultatibus intricatum esset, quam ut ab eis tam propere decidi possit aut debeat. *Et quoniam sumus,* inquit, *a Pontifice maximo huc delegati, aequissimum mihi videtur ut ante causae definitionem summum caput Ecclesiae consulamus. Neque enim me putetis propterea in has terras appulisse ut, metu aut favore cuiusquam sive principis, sive subditi, velim hominibus placere aut alicuius personam in iudicio respicere, ne vel Deum Opt. Max. offendam, vel conscientiam meam sauciem. Provectae aetatis sum, ut videtis, infirmus et valetudinarius, ac mortis horam cotidie exspecto; qua ergo fronte, prae amore aut gratia alicuius principis terreni, animam meam divini numinis offensae et aeternae damnationis ream faciam? Et quoniam ad hanc causam in ista loca sum missus, ut ex dictamine conscientiae meae, ex actis et rebus gestis rite informatae, utrique parti ex aequo et bono ius dicam, cumque ex iis, quae utrinque* * *allegata* * p. 46
sunt, rem videam esse difficillimam; reginam denique, quae se defendit, nolle coram nobis apostolicae Sedis delegatis iudicari, sed ad summum Pontificem provocasse, — existimat enim propter regium dominatum et

98. — [1] *om.* 2.



feare of his displeasure ; therfore to avoid all these ambiguities, I will not damne my soul for any prince or potentate alive. In consideracion wherof I intend not to wade any further in this matter, till I have the iust opinion and assent of the pope and such other as be better seene in such doubtfull cases [2] *of lawe then I am. Wherfore I do here adiorne this court for this time, accordinge to the order of the court of Rome, from whence our authoritie is derived* (1). *Which*
* p. 75. *if * we should transgresse, might be accounted in us a* [3] *great follie and rashnes, and redound to our discredit and blame* (2). And with yt the court was dissolved, and noe more was ever donne after that daye.

99. The noble men about the kinge, seeinge all this busines come

---

potentiam in suo regno, nos illi fore parum propitios iudices, nec audere prae metu illius iustum iudicium decernere,—ut ex his perplexitatibus nos evolvamus, nolo hic rem diutius prosequi. Nec propter regem animam meam damnabo; sed universum negotium ad Sedem apostolicam eosque, qui ibi sunt meliori iudicio praediti quam nos, remittam. Quare, iuxta ritum romanae Ecclesiae unde huc delegati sumus, prorogamus hoc iudicium ; quod nisi faceremus, magnam uterque nostrum maculam dedecoris propter insignem temeritatem nostram et audaciam sustineret. Quibus dictis conventus est statim dissolutus, nihilque eo die amplius factum fuit.

99. Proceres vero regni, maxime regis adulatores et parasiti, his

— [2] causes 2. — [3] *om.* 2.

(1) Variante du ms. Harl. 7030, f. 59v : *Et ne temeritatis nota merito nobis inuratur, morem curiae romanae, cuius ego membrum sum, et a qua omnis nostra iuris dictio derivata est, observandum censeo. Morem autem curiae romanae, qui ex auditoribus rotae multis annis unus fuerim, eum esse novi, ut a fine mensis iulii usque ad 4m nonas octobris, nullum iudicium exerceatur. Si quid aliorsum in eo genere tentetur, id nullius roboris ipso iure censetur.* — (2) Il n'y a pas lieu de regarder de trop près à l'authenticité de ce discours. Il est certain qu'il reflète la vérité des faits. Ce fut le vendredi 23 juillet 1529 que Campeggio, se conformant aux usages de la curie romaine, prorogea la cour jusqu'au 1er octobre. Herbert of Cherbury, *Life and Raigne of Henry VIII*, p. 250 (Londres, 1649). Il fut heureux sans doute d'user de ce prétexte pour se tirer d'une situation devenue inextricable ; car, d'une part, il avait reçu de Rome l'ordre de surseoir toujours à une sentence, et, d'autre part, il se voyait acculé par les instances des ministres royaux, qui voulaient terminer l'affaire en toute célérité. Voir sa fameuse lettre chiffrée à Salviati du 21 juin 1529, chez Brewer, ouvr. cité, vol. IV, Introd., p. DCLXX-II. Le légat italien ignorait que déjà le 16 juillet, Clément VII, pressé sans doute par l'empereur, mais surtout par la voix impérieuse de la justice, avait évoqué la cause du divorce à Rome. Cfr. N. Pocock, *Records of the Reformation*, vol. II, p. 615 ; Brewer, ibid., nn. 5762 et 5767 ; Ehses, art. cit., p. 43, note 2.

to this conclusion, began to mutine and speake ill of the two cardinalls, specially such as were flatterers and parasites about y[e] kinge. In so much as the duke of Suffolk, Charles Brandon (whom the kinge had before highly advaunced from a base state to great honors and possessions and also gave him his owne sister in maryage), clappinge his hands on the board, sware by Gods blood that he found nowe the ould sayinge was true, y[t] cardinalls did never good in England. And that he spake with such a spirit of vehementie and with so clamorous a noyse, that all men about him marveled what he ment, and wise men thought he durst not thus have said, but that he knewe the kings minde aforehande (1).

100. The king himself conceived lykewise great indignacion and displeasure both against the cardinall of York and also the queenes

---

auditis stomachari, et dentibus frendere, ac nescio quid inter se mussitare, et utrique cardinali dira imprecari ac calumniari coeperunt. Inter quos Carolus Brandonus, dux Suffolciensis, quem rex ab infimo loco ad summos extulerat honores, data ei in uxorem propria sorore, mensa fortiter manu sua percussa, per Christi sanguinem iuravit se iam experimento didicisse verum esse, quod olim a multis audiverat, cardinales nihil umquam boni in regno Angliae gessisse. Quae verba tam vehementi spiritu et clamosa ac sonora voce protulit, ut omnes admirarentur, sapientiores vero suspicarentur non fuisse ausum hominem talia palam cunctis auscultantibus proclamare, nisi de regis ipsius consensu et voluntate id fecisset. Campegius, horum procerum fremitu et verborum strepitu audito, quorum verba, quia lingua vernacula locuti erant, non intellexit : *Quid*, inquit, *dicunt isti magnates ? An mihi indignantur quod finem huic liti non imponam ? Fremant illi quantum volent ; ego ne latum quidem unguem a praescriptis* * *formulis curiae romanae* * *discedam*. * p. 47. * Rotae *cod. Barberini.*

Cap. X. — Rex indignari coepit contra Wolsaeum cardinalem et omnes alios qui reginae patrocinabantur, quia res non successit ut voluit. Campegium cum venia sua abeuntem curavit sisti Caleti sub falso praetextu pecuniae Wolsaei per ipsum exportatae, sed revera ob aliam causam.

100. Rex quoque ipse, tam in cardinalem Eboracensem, quam in reginae consiliarios immani concepto odio, quod totum hoc tempus

(1) Le biographe de Fisher tempère ici Cavendish, p. 129, qui a dérivé la réponse du duc de Suffolk du chroniqueur Éd. Hall, édit. cit., p. 758, § 3.

counsell; for that he had lost and spent in vain (as he thought) all this long time, grew nowe soe wrathfull against them, that he determined in his minde never to cease, till he were revenged on them all, as after it came to passe in deede: though greatly to all their merrit
*p. 76. and * ever lastinge glorie and his owne perpetuall ignominie and reproach. For of this branch proceeded the death not only of this holy and reverend bishop of whom we intreate, but also of the glorious man Sr Thomas More, with many other worthie and famous prelates and laymen. Wherof three, that were somtimes of the queenes learned counsell in this matter of divorce, were put to most cruell death in Smythfeild, all in one day (1); which was also ment to the rest, had yt not bene that death by great sorrow and greefe shortned some of their daies and prevented the kings purpose, as happened to the bishop of Eelie and doctor Ridley (2). And some other, beinge not of such fortitude as the rest were, yelded themselves for feare to the kings will and pleasure, leavinge the queene (as they call yt) in plaine feilde: amonge which the bishop of Canterburie was one who most deceived her, and many moe (3).

---

ei inutiliter dilapsum fuisset, nihil aliud quam extremam internecionem et vindictam in eos machinatus est. Quod cum illorum quidem maximis et amplissimis meritis sempiternaque gloria, ipsius autem perpetua cum ignominia, postea perpetratum fuit. Nam ex hoc quasi odii seminario mors subsecuta est non modo huius sanctissimi episcopi Roffensis, de quo nunc agitur, sed et Thomae Mori, gloriosissimi martyris, multorumque aliorum insignium virorum, tam ecclesiastici ordinis quam laicorum, inter quos tres, qui reginae in hac causa adfuerunt, uno die in Smithfeldia crudeliter necati sunt; quod sine dubio et quibusdam aliis, qui iisdem partibus patrocinati fuerunt, contigisset, nisi quosdam eorum, et in primis episcopum Eliensem ac Robertum Ridlaeum, doctorem theologum, ipsa tristitia et maeror animi confecisset. Alii quoque, maxime infirmioris animi et consilii homines, ut Gulielmus Waramnus, archiepiscopus Cantuariensis, cum ceteris nonnullis sententiam suam mutassent et relicta regina ad regem defecissent, si praematura morte extincti non fuissent.

(1) V. p. 311. Th. Abel, Éd. Powell et R. Fetherston furent exécutés le 30 juillet 1540. Le Saint-Siège a confirmé en 1886 le culte de ces bienheureux martyrs. — (2) Nicolas West, évêque d'Ély, mourut dans un âge avancé en 1533; R. Ridley, en 1536. — (3) L'archevêque de Cantorbéry, Warham, fut toujours contraire au mariage de Henri VIII avec la veuve de son frère Arthur, même avant qu'il se célé-

101. Cardinall Campaigius, perceiving the kinge now fallen into this furie (1), and further seeing that there was no more to be done by him nor his fellowe (the queen havinge made her appeale), he thought therefore best to be shortly gone; and so takinge his leave of the kinge (2), departed towards Rome, after he had tarryed in England about this busines nighe the space of one yere (3). He was no sooner gone, but a rumor rose (I wot not by what meanes) that he had carryed with him a great heape of treasure of the other cardinalls (4): who for [1] feare of the kings displeasure was suspected

---

101. Campegius, cum vidisset et regem propemodum iam in furorem ac amentiam adactum esse, et reginam statuisse appellationem suam prosequi, nihil sibi aut collegae suo amplius quid agerent superesse ratus, sibi quam primum esse abeundum putavit. Anno igitur fere integro elapso, ex quo propter hanc litem in has partes venerat, salutato prius rege, et libere discedendi facultate ab eo impetrata, Romam revertitur. Vixdum abierat, cum rumor quidam, nescio unde profectus, circumferretur, illum maximam pecuniae vim secum asportasse, quae ad cardinalem Eboracensem pertineret, quem

101. — [1] the *add.* 2.

M. Cantarelli, dans son travail intitulé : *La serie dei vicarii Urbis Romae (Bullettino della Commiss. archeol. communale di Roma*, 1890, p. 91) avait rejeté, au ve siècle les **Acta s. Urbani** *(Acta SS.*, tom. VI Maii, p. 11), d'accord en cela avec la plupart des critiques. M. Lugari qui, depuis longtemps, tient cette composition en haute estime, se propose de prouver un jour qu'elle est du second siècle, et nous donne une idée de sa méthode (*La serie dei vicarii Urbis Romae e gli Atti di S. Urbano*, ibid., p. 162-173). Elle consiste à mettre en regard certaines phrases de ces Actes et des phrases similaires empruntées à d'autres Actes regardés comme antiques, et à montrer que les premières sont d'une latinité plus pure. Avec ce procédé, il n'est pas de document qu'on ne parvienne à dater du second siècle, et pourquoi pas du premier ?

Pico della Mirandola and Sir Thomas More. — A propos de la Vie de Pic de la Mirandole, traduite en latin par Thomas More, et récemment éditée par M. J. M. Rigg (London, 1890), un critique de la *Saturday Review*, 14 juin, p. 739-40, s'est permis quelques incartades contre le noble caractère du grand chancelier d'Angleterre. En voici des échantillons. Thomas More s'est prêté à une politique d'iniquités... il insulta au cardinal Wolsey dans sa chute... sous le rapport de la dignité morale, il faut placer le bienheureux martyr plus bas que le novateur John Frith, qui périt sur le bûcher. Le reste est à l'avenant. Cette manière d'apprécier un des hommes, qui ont le plus illustré les fastes modernes de l'Angleterre, s'appelle ingénûment l'enseignement moral de l'histoire, *the moral teaching of history*. Nous souhaitons à ce philosophe fantaisiste de bien se pénétrer des sages réflexions que M. James Gairdner a émises sur la nouvelle Vie de Thomas More, publiée naguère par le R. P. Bridgett. *(The Academy*, 25 avril 1891 p. 388) et de sa fine réplique à M. Watkiss Lloyd (ibid., 23 mai 1891, p. 491).

(1) Voir *Anal. Boll.*, tom. X, p. 465-466.

(A continuer)



VITA ET MIRACULA

SANCTI PETRI CAELESTINI

ex cod. Paris. lat. 17651

Edita sunt, anno superiori, sancti Petri Caelestini Vita et Miracula ex codice Parisino latino 5375 (1) Nuperrime vero quum pergeremus in describendo catalogo codicum hagiographicorum istius bibliothecae, occurrimus iterum eidem textui in codice signato num. 17651 (fol. 7v-37v), codice vero 5375 uno saeculo recentiori, utpote exarato saeculo XV (2).

Uterque textus in sequentibus tantum differt, et primo quidem quod ad ipsam Vitam pertinet :

1° In codice 17651, capitulorum tituli, secus ac in libello vulgato, praemissi sunt non singulis capitibus, sed toti opellae, numero triginta novem.

2° Post num. 15 in Vita edita (3), addita sunt tria capitula, quorum sic ferunt tituli : *De monasterio sanctae Mariae in Infayvolis* *, *et quod ibidem fuit abbas et renuit; De persecutione quam ibidem passi sunt et de miraculo quod ibi fecit; De eodem monasterio relicto et de captione monasterii sancti Johannis in Plano*. Haec igitur, cum absint a Vita edita, nunc publici juris facimus. * *sic*

3° Numm. 21, 28, 29 stilo paulo diverso compositi sunt in codice de quo agimus.

4° Numm. 38-43, foliorum 24 et 25 dimidia parte excisa, alia manu valde recenti transcripti sunt in charta papyracea.

Ad Miracula quod spectat, non paucis discrepant ea quae continentur in codice 5375 jam edita et ea quae inveniuntur in codice 17651. In hoc enim ordo saepius inversus fuit, quaedam omissa sunt, scilicet numm. 53, 56, 73, 108, 112-119; plura addita, numero quidem septemdecim, quae tradimus infra. Jam vero his crassiori numerorum typo notatis, sequens est ordo Miraculorum in codice 17651 : 107 (in quo, omisso nomine, hydropicus dicitur fuisse (4) *de civitate Nelleterensi)*, 109 (nobilis domina (5) indicatur esse *filia domini Gualesii de Ferentino)*, 110 (mulier est (6) *de eadem civitate*, nempe Ferentina), **1**, 111 (sed valde contractum), **2**, **3**, 50-52, 54, 85, 84 (mulier est *de Castro Sussi* (7), et vocatur *domna Sivilla, uxor*

(1) *Analecta Bollandiana*, tom. IX, p. 147-200. — (2) Cfr. *Catalogum codd. hag. Bibl. nat. Paris.*, tom. III, p. 429. — (3) *Analecta*, tom. IX, p. 159. — (4) Ibid., p. 198. — (5) Ibid., p. 198. — (6) P. 199. — (7) P. 194.





Thomasii magistri Berardi), 55, 57-66 (in fine cujus numeri legitur (1): *Et hoc testificatur notarius Gualterius, magister Symon, Gualterius de Armeto, et Jacobus frater ejus)*, 67-69 (in quo nomen loci est (2) *Bucelario* et infirmi *Gualterius Berardi)*, 70-72, **4**, **5**, **6**, 72, (stilo subinde mutato et in fine additur (3): *Et hoc testatur domnus Ravus et Franciscus et paene omnes homines illius terrae)*, **7**, **8**, 74 (in quo *de Turre* (4) legitur *de terra)*, **9**, 75, 76 (ubi pro *Thoma de Roca Morici* (5) legitur *Thoma de Roca Morta)*, 78, 79, 77, 80 (ubi dicitur (6) *de cella Maceriarum)*, 81 (in quo legitur (7) *Nicolao de Sorre*, et alii duo fratres nominantur *Angelus et Raynaldus de Gipso;* praeterea locus de quo agitur non est *sancti Spiritus de Maiella*, sed *sancti Bartholomaei de Legio)*, 82 (mulier est (8) *Caritas, uxor Ricardi Johannis Porfiri;* dein quaestio est de *sancto Johanne de Orfonte*, et in fine dicitur: *Et hoc testantur Ricardus, vir ejus, Matthaeus nubilus et dompna Jacoba, commater illius)*, 83, 86-90 (ubi nomen est (9) *Raynaldus de Alisia)*, 91-93, 95, 94, 96-103, **10**, **11**, 104, 105, **12**, 106 (stilo paulo diverso), **13**-**17**.

Sed jam tradenda tria capitula Vitae et septemdecim Miracula.

cod. in Infayvolis

[**De monasterio sanctae Mariae in Fayvolis * et quod ibidem fuit abbas et renuit**] *(*fol. 14r-15r).

15a. Inter alia accepit unum bonum monasterium tunc paene dirutum et destructum, quod vocabatur sancta Maria in Fayfolis (10) quod erat in provincia unde ipse oriundus exstiterat (11), cujus abbas dederat sibi primo habitum sanctae religionis. Quod monasterium venerabilis vir sanctae memoriae Capifer, Beneventinus archiepiscopus (12), sibi concessit, et in eodem ipsum in abbatem consecravit, in quo per spatium unius anni vir sanctus abbas fuit. Et quod ipse a principio suae aetatis solitudinem dilexit, talem honorem seu praelationem renuit, et alium de suis fratrem in abbatem

(1) P. 191. — (2) P. 191. — (3) P. 193. — (4) P. 193. — (5) P. 193. — (6) P. 194. — (7) P. 194. — (8) P. 194. — (9) P. 195. — (10) Codex noster male tractat nomen istius monasterii, siquidem in titulo dicit: *sancta Maria in Infayvolis*, in textu vero *sancta Maria in Fayfolis*. Scriptores non magis concordant. Nam hujus verbi veram formam fuisse *in Faysolis* innuunt tum textus editus anno elapso *(Anal. Boll.*, tom. IX, p. 187, n. 53), tum Paulus Regius, *Vita di San Pietro Celestino*, p. 27, et Vincentius Mastareus, *Vita di San Pietro Celestino*, p. 67, dum vero Caelestinus Telera in *Max. Bibl. PP. veter.*, tom. XXV, p. 760 scribit, propius ad codicem nostrum, S. Maria in Faifulis. — (11) Nempe in Apulia, vel strictius ex comitatu Molisensi. — (12) Hunc vocat Gams *Romanum de Capoferris*, qui sedem obtinuit ab anno 1252 ad 1282.

illic substituit. Ipse vero ad solitudinem solitam rediit, et in solius spectatoris oculis secum habitavit. Hoc quod dixi monasterium in illis diebus accepit, hoc reconciliavit, hoc totum de novo refecit, possessiones quas habuerat recuperavit, et ita in brevi in omnibus florere coepit, quod omnibus mirabile videbatur. In eodem vero poterant commorari fratres procul dubio sexaginta, sed quadraginta et plus ibidem continue morabantur. De cujus monasterii restauratione tantum gaudium tantamque laetitiam omnes adjacentium provinciarum homines et fratres habebant quod nullus sufficit dicere, quia quasi a quodam plenissimo fonte omnes gratiam spiritualem et temporalem [ab eo] * recipiebant.

* *haec corrector in margine*

[De persecutione quam ibidem passi sunt et de miraculo quod ibi fecit; de eodem monasterio relicto et de captione monasterii S. Johannis in Plano].

15[b]. Sed antiquus adversarius hoc patienter non ferens, videns quod multitudo maxima hominum per fratres illius monasterii et exempla illorum ad Deum convertebatur, et quia plures alia beneficia spiritualia exinde accipiebant, pauperes et paene totius provinciae ibi in temporalibus recuperabant, suscitavit aemulum suum * adversum monasterium et fratres illius, videlicet domnum Symonem, qui per multum temporis spatium persecutus est illos. Petebat iste malignus homo duo casalia et possessiones quas monasterium possidebat; fratres vero renuebant et nolebant in praejudicium animarum suarum res ecclesiasticas seu monasterii alienare. Iste vero per se et per alios fratres injuriabatur, res auferebat, et toto conamine diabolus per eum monasterium damnificabat. Sed et fratres omnia patienter ferebant pro Dei justitia et ecclesiae libertate conservanda. Et haec persecutio duravit fere per VI annos continue. Pater vero sanctus considerans et diligenter attendens illius impaenitentis malitiam et fratrum continuam justitiam, timens ne

* *corr. in marg.* quendam



aliquod malum occasione istius inimicitiae oriretur, magis placuit per Deum monasterium relinquere quam perditionem animarum conspicere. Misit igitur ad abbatem quem ibidem substituerat ut monasterium dimitterent, dicens illud sapientis : *Melior est buccella cum gaudio quam plena domus victimis cum jurgio* (1). Missis ergo nuntiis et litteris, et ab abbate illo receptis, sicut homo Dei decreverat, monasterium reliquerunt, prius tamen ex illo multis bonis extractis. et ad monasterium sancti Johannis in Plano (2), quod paulo ante acceperant, transtulerunt.

15[c]. Sed, quoniam hoc monasterium quod praedixi ita in bonis florebat, et fratre Petro illic abbate praesidente, multa miracula per praedictum venerabilem virum Omnipotens est patratus *. [* *sic*] Sed de multis unum quod ad praesens venit ad memoriam ad Dei laudem memorabor. Quidam rusticus de Castro veteri (3) cum aliis hominibus suae terrae advenit, qui attulit filium suum, ut ipse dicebat, quinque annorum, qui non loquebatur, nec et adhuc unum protulerat verbum; quod indicans sancto viro cum fletu nimio ipsum precabatur ut amore Dei filio suo subveniret. Cui pater ait * : [* *supra lin.*] *Ite, pro factis * vestris, sum Deus ego ut possim dare loquelam hominibus?* [* *cod.* profectis] Tandem et fratres rogaverunt illum pro eodem. Tunc ipse ait : *Stemus ad Dominum, ut suam misericordiam eidem largiatur*. Ipse autem vertit se ad altare, et omnes qui erant praesentes dixerunt : *Pater noster*. Erigens se ab oratione, fecit signum crucis super os pueri et tetigit illud, et statim apertum est os ejus, et solutum est vinculum linguae illius, et coepit pure et expedite loqui et vocare patrem suum. Quod videns pater ejus prae gaudio coepit flere, et Deo et sancto Petro gratias referre. Qui et post aliquantos dies de

(1) *Prov.* XVII, 1. Textus genuinus habet : *buccella sicca.* — (2) Coenobium S. Johannis in Plano situm erat prope Garganum montem, quod olim Benedictini Cassinenses incolebant. Cfr Teleram, loc. cit. Ex Muratori, *Antiq. Ital.*, tom. VI, p. 190, audimus hoc monasterium fuisse Nucerinae dioeceseos. — (3) Nomen frequenter usitatum in geographia Italiae. Proin non certo fas est decernere de quonam loco agatur. Est *Castrum vetus* in comitatu Molisensi ad septentrionem Beneventi. Istud miraculum relatum est stilo diverso in altera recensione Miraculorum S. Petri, *Anal. Boll.*, tom. IX, p. 187, n. 53.

paupertate sua adduxit ad monasterium duas capras quasi pro remuneratione. Quod audiens homo Dei subrisit, et praecepit fratribus ut non tollerent illos, sed magis ipsi fratres [ei] * tamquam pauperi aliquam benedictionem pro caritate condonarent; quod et fecerunt. * *add. corr.*

15[d]. Relicto eodem monasterio, facta est maxima tristitia in omni illa provincia, et dicebant se destitutos a Deo esse. Sed iniquus ille persecutor nimium laetus effectus est, quia videbat suam avaritiam in hoc esse satiatam. Sed non per multum tempus hoc possedit gaudium, quia non post multos dies divino judicio suam vitam cum rebus temporalibus pessima infirmitate finivit, et, ut dicitur, propter illud monasterium excommunicatum decessisse [vel decedisse] *, quia suus animus ad emendationem minime est perductus. Post hoc autem omnis illa congregatio de monasterio derelicto ad monasterium sancti Johannis in Plano se transtulit ibique permansit, quod in brevi tempore restauravit, et illud totum de novo construxit, ecclesias et possessiones quas longo ante jam tempore perdiderat recuperavit, et in omnibus bonis per Dei gratiam deinceps abundanter floruit. * *haec add. amanuensis.*

[**Miracula**] (fol. 28^{r}-29^{r}, 32^{v}-34^{r}, 37^{r}-37^{v})

1. Item quidam Gallicus habebat febrem tertianam, qui cum magna devotione accessit ad sepulcrum illius sancti viri, et prosternens se ante sepulturam ejus orans et deprecans Deum et sanctum hominem. Qui ab illa febre sanatus et liberatus exstitit in illo die, et discessit gratias referens Deo omnipotenti.

2. Antonius, qui tunc tempore promotus erat in praelationem episcopatus Lunensis (1), qui fuerat capellanus domni G., Sabinensis episcopi cardinalis (2), quem pro sua bonitate nimium diligebat; hic vir venerabilis praedictus domnus Antonius infirmatus fuit graviter, et a medicis jam fuerat desperatus. De quo domnus G. cardinalis et omnes amici ejus nimium contristabantur. Cui praedictus domnus

(1) Ab anno 1296 ad 1309 sedit in cathedra Lunensi *Antonius Camulla*. Idem miraculum, aliis verbis et nominibus personarum omissis, refertur *Anal. Bolland.*, tom. IX, p. 200. — (2) Forsan *Gerardus Bianchi*, cardinalis Sabinensis ab anno 1278 ad 1302.

G. misit, eidem dicens : *Licet a medicis sis desperatus, tamen consulo tibi ut te recommendes Deo, et orationibus sancti viri fratris Petri de Murone.* Quod iste audiens, Dominum sine mora coepit rogare ut per merita illius sancti viri ipsum adjuvaret, et ab illa infirmitate liberaret. Qui statim post orationem factam coepit meliorari *, et in paucis diebus plene liberatus est. Quod videns domnus G. et amici ejus gratias Deo et sancto viro referebant. Ipse vero episcopus post suam liberationem venit Campaniam (1) ad visitandum corpus illius sancti, et celebravit ibidem missam in altare quod est ante sepulcrum illius et obtulit unum pannum aureum, quod posuit super sepulturam illius, et cum gaudio et devotione Romam est reversus.

*ita corr. sup. lin. cod. meliori

3. Item nuper accidit hoc quod narro miraculum in civitate Capuana. Erat in eadem civitate fidelis quidam vir qui fuerat infirmus, et prae infirmitate nimia lumen amiserat oculorum et nihil videbat : unde sua in medicinis expenderat, sed videbatur sibi semper in deterius devenire. Unde quadam nocte, dum in stratu suo jaceret, coepit cogitare et in animo suo revolvere miracula quae fecerat frater Petrus de Murrone, dum in hoc mundo vixisset, et in iis cogitationibus Deum coepit precibus exorare ut per illius sancta merita ipsum adjuvaret. Post hanc devotam orationem cum lacrimis fusam iterum obdormivit. Ecce quidam vir nimis splendidus apparuit, et dixit ei : *Si vis sanari ab hac infirmitate dicas cotidie hanc orationem : Deus qui beatum Petrum monachum et eremitam, famulum tuum, ad pontificatus apicem non humana, sed divina inspiratione sublimasti, praesta, quaesumus, ut ejus meritis et precibus ab instantibus periculis eruamur. Per Dominum nostrum Jesum Christum* (2). Quam orationem statim, quae ex ore illius angelici viri prolata est, in mente retinuit et in paucis diebus ab infirmitate et caecitate qua detinebatur perfecte liberatus est.

4. Item in eadem terra (3) est quidam qui vocatur Symon, filius Leonardi, qui asserit se fuisse passum rupturam in sinistro latere. Unde consultum fuit patri suo quod deberet illum ferre ad fratrem Petrum. Qui cum devotione detulit petens orationem pro infirmitate filii sui. Quod et factum est. Celebrata missa, venit ad eundem iterum, et facto signo crucis et fusa pro eo oratione statim caro illius rupturae solidata est. Quod testificantur pater illius, Berardus Gentilis et uxor Leonardi.

(1) Defunctus est Petrus Caelestinus anno 1296, die 19 maii et in Castro Fumonis, in Campania, in quodam monasterio sui ordinis, quod dicitur S. Antonii de Ferentino, juxta majus altare in ecclesia sepultus est. Cfr Potthast, *Regesta*, tom. II, p. 1922. — (2) Est, si sensum spectes, oratio quae recitatur in festo S. Petri Caelestini. — (3) Scilicet in *Bucclario*.

5. In castro Luci quidam qui vocatur Thomas Giullius asserit se jacuisse contractus spatio VII annorum et plus, non se movens per se de uno loco ad alium nec valens aliquod operari. Quapropter suspirabat et dolebat infra se cogitans et dicens : *Spero in Deum quod si ad patrem sanctum ivero, sanus efficiar suis meritis, Domino concedente.* Quod et factum est. Et accedens ad praedictum patrem ad sanctum Spiritum de Maiella equitans in asino et moratus est ibidem per VIII dies. Qui per gratiam Dei et per merita et orationes fratris Petri reversus est domi sanus. Quod videntes homines de terra illa Deum glorificabant et fratrem Petrum magnificabant.

6. Item in castro Paterni, quidam qui vocatur Franciscus Syrraynei asserit se quadam infirmitate detineri. Qua de causa accessit ad fratrem Petrum ad sanctum Bartholomeum de Legio, supplicans et rogans quod adjuvaret illum de illa infirmitate. Qui confortavit illum et dixit quod speraret in misericordia Dei et signo crucis signavit et benedictionem dedit. Qui reversus est ad domum suam et in paucis diebus sanatus est.

7. Item, quodam tempore, dum frater Petrus staret in quarentena sanctae Crucis venit quidam sacerdos qui vocabatur domnus Symeon de Calabria cum magna devotione ad eum. Quem miserat quaedam nobilis domina illius patriae ex nimia devotione quam habebat in fratrem Petrum propter famam sanctitatis ejus. Quae domna, ut ille sacerdos dicebat, detinebatur infirmitate leprae. Et domina rogaverat hunc sacerdotem ut veniret ubicumque esset frater Petrus ut ab eo peteret de aqua ablutionis manuum suarum, sperans illa quod, si de illa aqua haberet, mundaretur. Quod et factum fuit, licet hic sacerdos non posset loqui cum fratre Petro propter quarentenam. Tunc fratres qui cum eodem erant rettulerunt ei. Quod pater sanctus audiens benedixit aquam, et de illa aqua implevit unam boccam parvam quam apportaverat ille presbyter, et portavit ad illam dominam cum magno gaudio. Unum fratrem * quod ille presbyter dixit, qui post triginta dies fuit reversus, quod praedicta domina illam aquam recepit cum nimia devotione et cum eadem aqua lavit se, et * statim post ablutionem illius aquae sanata fuit per Dei gratiam et suam devotionem, atque per intercessionem famuli Domini, fratris Petri. Et hoc audivit, et hunc vidit magister Gentilis pictor, ex ore illius sacerdotis, cum idem fratribus illius loci referebat, qui tunc in tempore pingebat oratorium illius cellae.

* *sic*

* *ita corr., sed in textu :* quod.

8. Item quidam de Marchia per multum tempus minxerat sanguinem, qui accessit ad locum ubi hic pater sanctus morabatur exponens eidem suam infirmitatem. Et deprecatus est illum ut pro se Deum rogaret et mansit ibi per VII dies, postea inde recessit liberatus.

9. Item quaedam domna de Asculo Marchiae visum amiserat oculorum. Audiens quod iste vir Dei sanctus tanta miracula faciebat, fecit * se deportari ante cellam illius sancti viri. Et quia magna multitudo gentium erat ibi expectans benedictionem a sancto viro tandem venit ad fenestram ad dandam benedictionem illis sicut consueverat. Qui circumstabant huic dominae, dixerunt : *Surge, domina, ecce pater sanctus venit : roga Deum ut te adjuvet.* Et cum erexisset caput suum versus patrem et dum daret orationem et benedictionem, statim hora illa revidit, et glorificare Deum coepit. Inde liberata a caecitate qua detinebatur recessit.

* *cod.* fecitque.

10. Item quaedam mulier de Aversa rettulit ore suo quod cum frater Petrus transibat per Capriam fecit se a viro suo, Nicholao nomine, deportari ad illum. Amiserat enim lumen oculorum et in medicinis multa expenderat, sed nihil profuit. Dicens intra se quod si posset tangere fratrem Petrum credebat se statim liberari, et sperabat quod domnus Stancardus adjuvaret illam ut posset pervenire ad tactum fratris Petri. Quod ita factum est, et facto signo sanctae crucis ab eodem statim illa lumen recepit et omnibus mirabile visum fuit.

11. Item apud Mynianum quaedam mulier longo tempore brachium amiserat ita quod ad os suum non poterat deportare. Quae gratia Dei et meritis fratris Petri tunc fuit liberata.

12. Item in eadem terra fuerat quidam qui vocabatur Petrus Nicholai de Mala Petra, qui fuerat aboculus a nativitate sua habens X vel XI annos : ad benedictionem praedicti fratris Petri restitutum est sibi lumen oculorum suorum gratia Dei et meritis venerabilis viri.

13. Item quaedam de sancto Petro Nifia amiserat unam de manibus, in tantum quod cum ea nihil poterat operari. Ostensa ipsa manu ad fratrem Petrum in via, jussit se adduci Nifia ad sanctum fratrem Petrum. Statim gratia Dei et meritis ipsius patris restituta fuit ei manus ejus vivificae sanitati.

14. Item quaedam mulier in lecto portabatur detenta a plurimis infirmitatibus posita coram fratre Petro et signata per eundem signo crucis sanctae. Quae statim surrexit [et] * ad domum suam rediit referens gratias Deo nostro Jesu Christo.

* *add. corr.*

15. Item quidam de sancto Vito, qui claudus fuerat, orationibus sancti patris et Dei misericordia fuit liberatus et salvatus.

16. Item quidam de Insula, qui longo tempore loquelam amiserat, gratia Dei et meritis sancti patris, cum vitae transivit, ipsam recepit.

17. Item quidam de castello domni Papae sancti de Selva de Mori et multi alii ab infirmitatibus diversis sanati et liberati fuerunt, sed non potuerunt scribi propter velocitatem quam habebat camerarius domni Papae ducendi praedictum patrem ad Papam.

PASSIO
SANCTI CHRISTOPHORI
MARTYRIS
ex cod. Paris. signato num. 2179 inter noviter acquisitos.

Sancti Christophori martyris Acta graeca antiqua, ex codice Academiae Lugduno-Batavae, publici juris facta sunt in *Analectorum* nostrorum tomo primo (1). Inde post quattuor annos, ejusdem Passionis textum non nihil a nostro identidem discrepantem luci tradidit cl. vir Hermannus Usener (2).

Edendo olim haec Acta graeca, interpretationem latinam ex proprio penu subjeceramus, quoniam adhuc nos latebat antiqua versio quam repperimus nuper Parisiis in codice quodam saeculi xi, qui fuit coenobii sancti Dominici de Silos, nunc vero asservatur in Bibliotheca Nationali signatus inter noviter acquisitos num. 2179 (3).

Haec latina sancti Christophori passio, etsi procul dubio derivata e textu graeco, hunc tamen mira cum licentia retractavit et interpolavit. Ut illarum mutationum et interpolationum ratio habeatur recta, prae oculis tenendum est Acta Christophori graeca non una recensione ad nos pervenisse, sed eam quoque multis lectionibus diversis, non verborum tantum, sed integrarum sententiarum variatam prodire. Etenim textus graecus vulgatus in *Analectorum* tomo primo, etsi re idem, verbis tamen discedit a recensione, quam tradidit Hermannus Usener ex codice Parisino graeco num. 1470, quae ipsa non adeo concordat cum alio textu quem continet codex Parisinus graecus num. 1534 (4).

Jam vero versionem latinam ad unam prae ceteris illis graecis recensionibus referre qui voluerit, haud semel anceps haerebit. Id tamen affirmare liceat eam ad textus quos edidit Hermannus Usener propius accedere quam ad textum in *Analectis* traditum. Nihilominus, ut innuimus supra, interpres latinus saepius plura proprio marte expedivit.

Exstat etiam eorundem Actorum versio syriaca de qua pauca disseruisse, hac opportunitate data, juvat. Cujus exemplar asservatur in Musaeo Britannico, in

(1) P. 121-148. — (2) *Festschrift zur fünften Säcularfeier der Carl-Ruprechts-Universität zu Heidelberg*, pp. 54-76. — (3) *Catalog. codd. hag. Bibl. nat. Paris.*, tom. III, p. 476. — (4) Cfr Usener, op. cit., pp. 56-64.



codice signato inter addititios num. 12174 (fol. 306a-311b). De quo hanc notitiam tradit cl. vir Gulielmus Wright (1) : *Historia sive Martyrium sancti Mar Christophori, barbari, et martyrium Sanctorum qui cum eo* [*erant*]. Cujus nomen primitus erat *Deprebus* (lege *Reprebus*). Sic describit virum auctor Syrus : Per bella hujus temporis comes quidam erat, qui comprehenderat beatum Reprebum, et inscripserat eum in institutione quae vocatur Marmarnitatum (2). Homo iste sapiens erat valde. Prosapia ipsi barbarorum anthropophagorum, et species deformis erat illi, siquidem caput canis habebat. Dictus est graece *Cynocelaphus* (lege *Cynocephalus*). Accepit nomen Christophori, id est *induentis Messiam*, quum baptizatus fuit. Videtur etiam Syrus non paucis retractavisse historiam, ut constat ex sequenti loco : Martyrium passi sunt propter sanctum Christophorum mulieres duae quae vocabantur *Amania* et *Amanida* (3), nec non Romani numero centum trium cum quattuor millibus. Universi igitur erant numero millium quattuor et centum et trium cum spiculatore quodam.

Unde satis patet textum syriacum ipsum non esse primigenium, ut sperare licebat. Proin versionem latinam heic dedisse sufficiet ut materiem litterariam de sancti Christophori legenda documento non omni momento destituto et hucusque minus cognito augeamus, siquidem haec recensio rarius occurrit quum in codicibus latinis traditur Vita Christophori.

Textum distinximus in numeros signantes divisionem paragraphorum quae facta est textus graeci in *Analectis* olim excusi.

Passio sancti ac beatissimi martyris Christophori et comitum ejus, qui passi sunt in civitate Antioc[h]ia sub Decio caesare die VI idus julias.

1. In temporibus illis (4) erat multa insania et multitudo copiosa idola colentium. Cum haec igitur invalesceret adversus fidem christianorum, exiit edictum a principibus temporibus illis *, ut omnes Deum colentes inmundarum escarum idolatriae degustarent, eos vero qui contradicerent tradi et diversis poenis affligi. Accipientes autem judices hunc * edictum a sacrilego imperatore, devastabant ecclesiam Dei. Ut cognoscamus ergo omnes christiani quia non solum christianos adjuvat Dominus noster, sed etiam et eis qui ex gentibus

* *cod.* illius

* *sic*

(1) *Catal. of the Syriac Manuscripts in the Brit. Mus.*, part III, p. 1132, n. 52. — (2) Syrus habet : ܒܢܘܡܪܢ ܕܡܬܐܡܪ ܕܡܪܡܪܢܝܛܐ, in quo loco verbum ܒܢܘܡܪܢ videtur, vel ipso litterarum sono, derivatum fuisse ex graeco et latino ἐν τῷ νουμέρῳ, *in numero*. — (3) Sunt mulieres quas graecus et latinus vocant *Aquilinam* et *Callinicam*. — (4) Graecus determinavit ἔτους τετάρτου τῆς βασιλείας Δεκίου.

nuper convertuntur ad Dominum mercedis est retributor, et probatos constituit ad suam scientiam (1). Quidam autem vir, cum esset alienigena, regionis eorum qui homines manducabant, qui habebat terribilem visionem et quasi canino capite, in bello comprehensus est e comitibus temporibus illis et perductus est ad regem. Probavit autem illum in numero armarianorum (2), qui adsistebant ad manum regis. Cum autem proponeretur impiissimum edictum a judice, hic ei beatissimus non poterat loqui nostrae linguae sermonem.

2. Corde autem perturbabantur viscera ejus valde. Egrediens autem de palatio foris, projecit se in faciem, deprecans Dominum dari sibi loquelam per virtutem Christi. Deus autem, diligens humanum genus, non distulit, sed statim adstitit in similitudinem viri fulgentis, dicens : *Surge.* Et apprehendens ei manum, erexit eum et aperiens os ejus, insufflavit in eum et dedit ei spiritum intellectus, et loquebatur omnia quaecumque volebat. Et dicit illi Dominus : *Confortare et viriliter age ; multi enim habent credere in me per te. Certare ergo valde; ego enim sum tecum, ne timeas quomodo loquaris regi.* Cum ergo accepisset gratiam a Domino, prompto ingressus animo est, et vidit multos qui torquebantur, et coepit dicere : *O scelerati et instabilis culturae ministri, et animas vestras traditis satanae et timentes Deum vobiscum perdere vultis.* Et adjecit : *Ego christianus sum, et non sacrificabo daemoniis perditis.* Et loquebatur iste habens chlamydem super faciem suam. Quidam autem ex contumeliosis ministris, audiens eum blasphemare deos, coepit percutere eum in faciem. Cum autem dedisset ei tres alapas, projiciens vestimenta sua, dixit ei qui eum percusserat : *Teneor a Christo, vinctus sum a Salvatore, et non possum tibi aliquid facere. Si autem exacerbaveris cor meum, tu apud me non eris neque rex tuus corruptibilis.*

3. Tunc videns vultum ejus immutatum et terribile factum, dedit se retrorsum, et abiens dicit regi : *Est hic quidam vir, cui cum exponeretur edictum a judice, apparuit in conspectu totius populi terribilis aspectus, supereminens hominum multitudinem. Etenim narrare quis poterit speciem visionis ejus, ne forte Deus christianorum exaudiet orationes eorum et hunc misisset in auxilium eorum ? Istum vero nisi acceleraveris et interfeceris, omnes avertere habet a sacrificiis deorum.* Decius rex dicit : *Daemonium habes, et sic tibi visum est. Quid vidisti ? Dic.* Et ait : *Quod vidi, renuntio meo domino. Caput ejus terribile ita ut canis est. Capilli capitis ejus nimium expansi, rutilantes sicut aurum. Oculi autem ejus sicut stella matutina, et dentes ejus velut apri prominentes. Magnitudinem autem ejus sermo non sufficit enarrare.*

(1) In graeco textu haec sententia postposita est sequenti. — (2) Scilicet *Marmaritarum.* Cfr. *Anal. Boll.*, tom. I, p. 123.

Loquitur autem verba turpissima adversus te et deos. Cum ergo talia audissem, coepi caedere eum. Dixit autem mihi : Quia teneor a Christo ; sin autem, et te interficerem et regem tuum. Et ideo haec ego adnuntio domino meo regi, ut scias hochomine manifestum esse quod dico. Decius rex dicit : *Hic homo noster est, et quomodo talia loquitur ?* Qui dicit : *Nescio, domine meus.* Tunc jubet Decius militibus dicens : *Ite et comprehendite eum. Si non consenserit vobiscum venire, particulatim carnes ejus incidite. Solummodo mihi caput ejus adferte, ut videam qualis sit, si vere ipse sit an alius.*

4. Haec eis cogitantibus, beatus Rebrebus (1) ingressus domum Domini, ante altare fixit virgam suam contra fenestram, et procidens in faciem suam, adoravit dicens : *Domine Deus meus, fac virgam istam frondescere, si vere vocasti me ad meditanda eloquia tua.* Et statim virga fronduit, et fides virum confortavit. Tunc prompto animo factus, oravit dicens : *Gratias tibi ago, Domine Deus meus, quia dignatus es me humilem et peccatorem tuae gratiae sociari* (2).

5. Eo autem orante, quaedam mulier, consuetudinem habens, ingressa est ad colligendas rosas, et videns eum sedentem et plorantem, reversa est retro, et abiens, narravit vicinis suis, dicens : *Quidam homo Dei est hic. Sed et jam tormenta adversus eum praeparantur, ego scio.* Haec illa dicente, supervenerunt milites, quaerentes beatum Rebrebum. Cum audissent autem sermonem mulieris, dixerunt : *Ubi vidisti hominem ? Ostende nobis.* Et ostendit eis illum ubi sedebat. Intrantes autem milites, dicunt ei : *Quis es, aut quare ploras ?* Dicit eis : *Fortiter me oportet flere prae omnibus hominibus, quia ignorans Deum, non sum incusatus umquam, nunc autem cognoscens Deum, tyrannidem patior.* Dicunt autem illi milites : *Nos ad te sumus missi, ducere te ligatum ad nostrum regem.* Dixit ergo eis athleta Christi : *Si non voluntarie venero, vos non potestis me vinctum ducere. Christus enim meus adest, a vinculis me dissolvens et eripiens me a satana patre vestro.* Haec audientes, confundebantur amplius loqui ei. Deus autem glorificavit suum servum.

6. Dixerunt ei milites : *Si non vis venire nobiscum, quiesce, et nos abeuntes dicemus regi : Non enim eum invenimus ; et tu discedens, perge quocumque volueris.* Beatus autem dicit : *Non ita ; sed etiam ego veniens, ostendam vobis virtutem Dei. Solummodo exspectate me pau-*

(1) Alibi nomen ubique traditur fuisse *Reprebus*, Ῥέπρεβος, ܪܦܪܒܘܣ. Quoniam notavit Gildemeisterus (apud Usener, *Festschrift zur fünften Säcularfeier der Carl-Ruprechts-Universität zu Heidelberg*, p. 56) hanc vocem forsan pertinere ad linguam aramaicam, in quo *rabrab* (syriace *raurab* vel *raverreb)* significat *grandem*, fatendum est latinam nominis formam *Rebrebur* magis accedere ad idioma primigenium. — (2) Tota haec paragraphus, si cum graeco conferatur, in latino simplicior et primitiva magis apparebit ; forsan abbreviata est.

lulum. Illi autem dixerunt: *Sumptus nostri expensum est ex tempore quod te quaerimus. Nunc autem si tibi non placet venire nobiscum, remane.* Et dicit eis: *Audite meam vocem, et manducabitis bona.* Milites autem prompto animo dixerunt: *Quid est quod vis? Dic nobis.* Et dicit illis: *Deponite ea quae superaverunt vobis, et orabo pro vobis ad Dominum meum, et videbitis virtutem Dei mei.* Iterum dicit eis: *Vivit Deus in quem credidi, quia panem abundantiae dabo vobis.* Illi autem dixerunt: *Credimus tibi, quia magni Dei homo es tu.* Tunc sanctus oravit, dicens: *Domine Jesu Christe, qui quinque panes benedixisti et multitudinem copiosam saturasti, Deus meus, exaudi me famulum tuum et fac mecum misericordiam, ut omnes hic adstantes in hac oratione tui servi efficiantur et glorificent te verum Deum.*

7. Exaudivit Dominus deprecationem servi sui, et mittens angelum, benedixit panes, et multiplicati sunt ita ut omnes saturarentur, et sacculos suos impleverunt. Et glorificaverunt Deum et dixerunt: *Vere magnus est Deus christianorum et exaudit eos qui sperant in eum. Et nos credimus in eum per quem has virtutes facis, quia potens est salvare nos.* Beatus autem Rebrebus coepit psallere, dicens: *Ecce nunc benedicite Dominum, omnes servi Domini.* Respondebant autem milites. Completo vero psalmo, inclinantes genua sua adoraverunt. Et surgentes, arcesserunt presbyterum * sancti loci, nomine Petrum (1). Veniens autem baptizavit milites, similiter autem et beatum Rebrebum, et vocavit nomen ejus Christophorus *, id est Christum induens (2).

* *cod.* presbyterem

* *cod.* Christoforus *et sic deinceps.*

8. Baptizatis autem eis, exultantibus in Domino, coepit beatus Christophorus exhortare eos et dicere: *Fratres mei dilectissimi, quem confessi estis aut ad cujus militiam provocati estis, Deus enim est, qui vocavit vos ad suum regnum. Quid vultis ut faciamus?* Illi autem dixerunt ei sicut ex uno ore: *Deus nos inluminavit per te. Nunc ergo tu nobiscum es, quod vis, fiat.* Qui dicit eis: *Eamus ergo ad regem, ut meliorem coronam accipiamus.* Omnes autem prompto animo ibant, habentes Deum secum. Iterum dicit eis beatus Christophorus: *Videte, fratres, ut cum induxeritis me ad regem, omnia quae praecipientur vobis faciatis absque dubitatione. Ego vero pro vobis orabo, et sicut me videritis agonizare, et vos similiter faciatis.* Haec autem eo dicente, properabant ad civitatem. Et dicit eis beatus Christophorus: *Fratres mei, ligate me, ne forte ut quis videt me non ligatum, accuset vos,*

(1) In textu graeco Reprebus baptizatur a sancto Babyla, episcopo Antiocheno, quod jure ut fabulosum notavit Hermannus Usener, op. cit., p. 63. — (2) Haec glossa quae deest in graeca recensione respondet ad litteram textui syriaco : , immo videtur a lingua aramaica derivata. Etenim si e graeco fuisset descripta, interpres forsan dixisset: *Christum ferens.*

et inveniamini culpabiles propter me. Illi autem protulerunt praeparatam catenam. Ipse vero post tergum faciens manus, ligaverunt eum sicut arietem electum ex magno grege, in sacrificium Deo paratum; et ita prolatus est regi.

9. Rex vero, videns vultum ejus, properavit cadere de sede sua. Dixit autem ei athleta fortissimus Christi : *O infelicissimum regnum* * sic *et corruptibilem *! Si me servum Dei ita timuisti, Deo rationem quomodo redditurus es? Punire enim te Deus habet, et exiget de manibus tuis animas quas perdidisti.* Decius rex dicit : *Cujus religionis vel ex quo genere es, aut quis vocaris?* Beatissimus dicit : *Si velis scire cujus religionis sim, christianus sum. Genus autem meum meus vultus indicat. Nomen autem meum, quod vocatum est a parentibus, Rebrebus; postquam autem inluminatus sum, Christophorus sum vocatus.* Decius rex dicit : *Vanum hoc nomen imposuisti tibi ejus qui dicitur Christus, quia nihil tibi proderit. Nunc autem immola diis, et per deos, quia munera et honores accipies a me.* Beatissimus autem dicit regi : *Neque substantiam tuam cupio neque vitam tuam admiror; sed scias me magno regis Salvatori nostro Christo credere. Inde quod vis fac : ego enim non sacrificabo daemoniis surdis, sicut et tu ipse surdus es.*

10. Decius dicit : *Nescis cui adstas, ut talia loquaris. Amara tormenta provides tibi ipsi.* Christophorus dicit : *Ignoras, rex, quia dum me torques, Deum exacerbas et daemones honoras?* Tunc rex iratus jubet eum suspensum ungulis radi. Horis autem multis transactis, sanctus martyr non respondit quicquam, sed tantummodo Domino loquebatur et deprecabatur. Iterum jubet eum torqueri fortiter. Et cum denudatae fuissent costae ejus, ministri dicunt ei : *Miserere tibi et nostri, et sacrifica. Quid enim tibi est dicere : quia immolo? et vives.* Beatissimus dicit : *Si autem poenam aeternam conspiceretis, non servos Dei cruciaretis* (1).

11. Tunc dicit officium : *Sunt duae mulieres meretrices in hac civitate. Has jube adduci, et pretiosissimis vestibus induantur et variis unguentis, et sic praecludamus eum in domicilio parvo una cum ipsis, et blandiantur ei et inclinent eum ad nostros libitus.* Placuerunt autem regi sermones isti. Et cum factum fuisset, illae, sicut erant doctae agere voluptates, volentes victoriam facere, perstrepebant sibilis et plausu manuum circumveniebant eum. Beatus autem Christophorus positus erat in oratione. Et completa oratione, surrexit de loco in quo * sic orabat, et dixit mulieribus : *Quid quaeritis?* Qui * sic dixerunt : *Vultus tuus terret nos;* et non audebant ei loqui.

(1) Ista graece latius evolvuntur et praeter supplicium ungularum infligitur adustio lampadum ardentium.

12. Iterum dicit ad eas : *Quid venistis huc ?* At illae dixerunt ad semetipsas : *Multum peccavimus ; quia dura causa nobis evenit. Si autem permanserit intendens nos, perimus. Nunc autem quid faciemus? Dii non adjuvant nos* (1).

13. Dicunt autem ad sanctum Christophorum : *Et nos credimus in Deum quem et tu confessus es, tantum si obliviscatur nostra peccata.* Qui dicit eis : *Quae enim sunt peccata vestra ? In homicidio an in maleficiis consciae estis ? Dicite, ut offeram pro vobis orationem ad Dominum.* Illae vero dixerunt : *Nequaquam, domine. Haec non sunt in nobis, sed in hoc quod prostitutae fuimus, ita et gessimus. Meretrices fuimus et gentiles usque nunc. Immo magis de morte quos potuimus eruimus, et venundatos servos redimimus.* Haec eis dicentibus, ingressus est clavicularius carceris et dicit eis : *Surgite. Ecce vocatio vestra ; vocat vos rex. Sed deprecor, sancte Dei, ne obliviscaris me in tuo bono martyrio.* Oblatus est autem regi sanctus Christophorus. Jubet ergo adduci duas mulieres, et dicit eis rex : *Quid est ? Suasistis viro huic sacrificare diis ?* Quae dixerunt : *Nos magis consensimus magno regi, et non est in aliquo alio salus nisi in ipso quemadmodum praedicat famulus Dei, unus solus, qui fecit caelum et terram. Tui autem dii cinis sunt et nemini prodesse potuerunt nisi ad perdendum.* Decius rex dicit : *Et vos seductae estis per illius magicis artibus, et vos huic credidistis ?*

14. Una autem ex ipsis, nomine Gallenice, dicit : *Nos non magicis artibus seductae sumus, sed Deo credere volumus et mori pro ipso.* Decius dicit : *Vocate mihi carpentarium artificem.* Officium dicit : *Adstat, domine.* Decius dicit : *Fac mihi cubitalem lignum quadratum, et seca eum per medium, et perfice illud, et adfer mihi, ut in amaritudinem animam* ejus finiam.* Cum autem perfecisset illud paratum est in conspectu regis. Et jussit mitti mamillas ejus in eo et suspendi capillis et duos lapides molares adpendi ad pedes ejus. Et de pondere lapidum costae ejus evulsae sunt et pellis cervicis ejus cum carne detracta est, ita ut nihil in ea humanum videretur. Videns autem beatus Christophorus, oravit dicens : *Deus meus, esto memor ancillae tuae, quia tua famula est.* Et dicit ad eam : *Cursum tuum consummatum est, oratio tua accepta est. Perge ad Dominum, et memor esto mei.* Et haec eo dicente, beata Gallenice bono somno requievit.

* *cod.* anima

15. Cum haec consummata esset, jussit adduci ancillam Dei Aquilinam. Et dicit ei rex : *Aquilina, miserere tibimet ipsi et immola diis, et per deos, non parcam auro, donec per omnes civitates statuas tibi faciam, et te honorabo magnifice, ut cognoscas tu ipsa quia bonum*

(1) Iterum interpres latinus multum contraxit colloquium Christophori cum meretricibus.



est deos colere. Aquilina dicit : *Et quibus diis jubes me sacrificare ?* Decius dicit : *Sacrifica Herculi, Jovi et Apollini.* Aquilina dicit : *Fidens tuis praeceptis, immolare debeo.* Decius dicit : *Sicut sapiens mulier facis.* Et jussit linteamina magna a palatio usque ad templum expandi, ut super ambularet, et odoramenta diversa spargere ante illam, et praecones ante eam clamare et dicere : *Aquilina, amicissima deorum, immolat diis; omnes convenite.* Ingressa autem in templum idolorum, dixit adstantibus populis : *Respicite in me et ad sacrificium quod sacrifico.* Ascendens autem in locum ubi stabant simulacra, dicit ad simulacrum Jovis : *Deus es tu?* Et non dixit ei verbum. Et iterum dicit : *Loquere mihi, si vere deus es. Ancilla accessi : quid vis ut faciam?* Et non erat vox neque responsum. Ancilla vero Dei dicit : *Vae mihi peccatrici ! Irati sunt quia offendi eos.*

16. Sacerdotes vero dixerunt : *Paenitere, et magnus deus Jovis propitietur tibi.* Quae irridens dicit : *Rogabo eos, ne forte propitientur peccato meo.* Et haec dicens, tulit zonam suam, et sudarium circumposuit simulacrum Jovis, et ad se eruens, dejecit illum; factumque est illud statim ut harena. Currens autem ad Apollinem, dicit : *Isti dii dormiunt, non vigilant, ut servos suos proprios non exaudiant.* Similiter et huic circumposuit et dejecit illum, et fractus est in tres partes ; ut omnes videntes dicerent : *O audacia mulieris, quae non timuit talia simulacra.* Et dicit ad Herculem : *Accelera gressus tuos, si deus es tu, ne te interficiam.* Et exiliens, circumplexata est manibus suis idolum et dejecit illum. Et dicit adstantibus populis : *Vocate medicos, et curent deos vestros.* Et iterum dicit: *Vae generi humano, qui in terrore positus est daemonum.* Beati autem milites gavisi sunt valde. Diabolus vero, videns se ipsum derisum, iratus est sacerdotibus suis, dicens: *Ut quid mihi hoc fecistis ? Ut quid maleficam istam induxistis mihi? Surgentes tollite eam et perducite eam ad regem, ut eam perdat* (1).

17. Tunc surgentes sacerdotes adprehenderunt eam et protulerunt eam ad regem, dicentes : *Hanc insanam ut quid nobis hic misisti ? quia magnos deos comminuit, et si non tenuissemus eam, unum de his non dimisisset.* Tunc dicit ei rex : *Nonne consensisti mihi, mala mulier, immolare diis ?* Et dicit ei : *O rex, sicut oportuit immolavi. Si autem vis, permitte me, ut ceteris immolem* (2).

18. Tunc nimium iratus est rex, et jussit subulam adferri et terebrari calcaneum ejus, ut usque ad scapulam penetraret, et sic eam suspendi, et duos lapides molares adpendi ad pedes ejus et unum in collo ejus. Quae respiciens famula Dei sancto Christophoro dicit : *Deprecor te, famule Dei, ora pro me, quia laboro.* Beatissimus autem

(1) Haec sunt interpolata, absunt vero in graeco. — (2) Graecus longiores multo profert hos sermones.

dicit: *Domine Deus meus, ne permittas ancillam tuam diu cruciari, sed accipe animam ejus, quia tua est famula.* Orante autem eo, bono somno requievit ancilla Dei. Et cum consumpta fuisset haec beatissima, jussit tyrannus servare corpora beatissimarum martyrum, ut incenderet ea. Consummatae sunt autem octavo kalendas julias.

19. Tunc jubet adduci beatissimum Christophorum, et dixit ei rex: *Pessimi nominis et deformis, aliene a diis, oportuerat te magis solum perire et non ornamenta civitatis per magicas perdere artes.* Christophorus dicit: *Ego hujus operis auctor non ero, sed Christus, qui elegit proprium aurum et in palatio suo probavit me dignum sibi. Tu ergo, rex, age et confortare, ut scias quomodo occurras multitudini credentium in Domino. Multos enim oportet credere per me.*

20. Et respiciens ad milites, dicit: *Venite, societatem faciamus, ut maximas coronas mereamur.* Illi autem continuo, sicut ex longa peregrinatione venientes, proicientes arma (1) et vestes suas in faciem regis, prociderunt ad pedes sancti Christophori, et adoraverunt eum, dicentes: *Ave, famule Dei excelsi. Vocatio tua lumen nobis factum est.* Et dicunt ad regem: *Nos christiani sumus, et non immolamus jam daemoniis amplius.* Decius dicit: *Vae mihi, quia supervenientes tyrannides mihi facti sunt.* Beatus Christophorus dicit: *Noli timere. Gehennae enim nullus successor tibi existit. Nos enim christiani sumus.*

21. Tunc rex jubet secedere servum Dei et illis secrete coepit dicere: *Filioli mei, quid peccavi in vobis, quia abscessistis a me? Forte equi vestri defecerunt, aut vestis vobis deest aut annonae? Venite ergo vos, paenitemini, et quicquid peccavi, satisfaciam. Obsecro ne me solum relinquatis, et multos honores dabo vobis.* Ipsi autem quasi ex uno ore dixerunt regi: *Equos nostros tu sede, et nostras annonas tu manduca, et vestes nostras tu indue in tartaro magno qui te suscepturus est, et omnem adinventionem tuam tu fruere. Nos autem, ex quo cognovimus servum Dei perfectissimum, solidam escam accipientes et Christo Domino credentes, ignem et tormenta contemnimus.* Tunc iratus tyrannus dicit: *Ne forte et alii accedant ad illos, hi celerius interficiantur.* Jubet ergo capita eorum amputari. Ministri autem continuo decollaverunt eos.

22. Post haec jubet Decius sanctum Christophorum adduci et dicit ei: *Miserabilis homo, quid tibi profuit tanta insania? Immola, et parce tibi ipsi de tormentis quae tibi imminent.* Beatissimus Christophorus dicit regi: *Daemon multiformis, filius satanae, jam sufficit tibi, et confundere. Mihi autem non praevalebis, si septies tantum afficiaris.* Iratus rex jussit fieri scamnum aereum adversus statum hominis et poni in

(1) In textu graeco (*An. Boll.*, tom. I, p. 139, l. 12) legitur ὅπλα, sed recensio cl. viri Hermanni Usener tradit verbum ἄρμα. Videsis Usener, op. cit., p. 69.

medium civitatis, et clavis configi sanctum desuper in scamno. Et cum factum fuisset, jussit adferri copiam lignorum et nucleum olivarum multum nimis et decem et octo mensuras olei et picem multum imponi super ligna, et ita subposuerunt ignem a tribus partibus.

Romae quidam presbyter erat qui vitam reprehensione dignam agebat. Hunc ergo beatus Papa Eugenius ut pravitatem suam desereret ammonere solebat, et aliquando etiam culpis suis exigentibus acrius corripiebat. Ille vero infaustus non solum monitis sancti non acquiescebat, verum etiam malum pro bono reddens quantum valebat sancto Dei detrahebat, convitia ei ingerendo et semper eum hujus rei causa odio habendo. Contigit ergo quodam die ut ad sepulcrum viri Dei prae fama sanctitatis ac venerationis praeque miraculis quae per eum Dominus ibidem operatus est, multitudo magna populi cum pia devotione accurreret, inter quos et presbyter praefatus pellibus amictus novis advenisse perhibetur. Cumque omnes sanctum Dei prae sanctitate vitae suae et miraculis quae fiebant glorificarent et vocibus extollerent, indignatus presbyter ille furibundus omnibus dixit : *Putatis quod miracula Eugenius faciat ? Non haec facit Eugenius, sed Petrus diaconus.* Erat enim Petrus beatae memoriae sancti Gregorii Papae diaconus. Nam cum eo in suo conditus est Papa Eugenius sarcofago. Vix illa verba finierat, et ecce ultio divina repente blasphemum subsecuta est. Nam lampas desuper pendens super eum cecidit et effuso oleo super pelles quas secum novas



attulerat, vindice Deo, oculis omnium qui aderant confusibile reddidit. Ille vero vindictam Deo retribuente super eum venisse sentiens, nimio pudore suffusus, subsannationem et derisum populi insultantis sibi non ferens cum magna confusione latenter aufugit.

VI. Codex signatus num. 130².

Olim coenobii Thosani: " *Liber Sancte Marie de Tosan* " (fol. 105ᵛ), deinde Dunensis (1).

Foliorum 105, min. (0ᵐ,195 × 0,142), lineis plenis exaratus saeculo XIV.

Miracula domni Eugenii Papae III (fol. 100ʳ-104ᵛ).

Omnia ut in codice praecedenti, siquidem alter ex his codicibus certo certius ex altero est transcriptus.

VII. Codex signatus num. 134.

Olim monasterii Thosani: " *Liber Sancte Marie de Thosan* " (fol. 2ʳ), postea coenobii Dunensis (2).

Foliorum 152, med. (0ᵐ,315 × 0,215), columnis binis, saec. XIII.

1° Actus sanctae Mariae Aegyptiacae, et paenitentia et transitus ejus ad Christum (fol. 116ᵛ-131ᵛ).

Ed. P. L., tom. LXXIII, p. 673-90.

2° Conversio vel paenitentia sanctae Pelagiae (fol. 131ʳ-137ᵛ).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 8 Oct., tom. IV, p. 261-66.

3° Vita sanctae Eufrosynae virginis Christi (fol. 137ᵛ-144ʳ).

Ed. P. L., tom. LXXIII, p. 623-42.

4° Vita sanctae Marinae puellae (fol. 144ʳ-146ʳ).

Ed. P. L., ibid., p. 691-94.

5° Vita beatissimi confessoris Christi Alexis (fol. 146ʳ-150ʳ).

Vita, auctore anonymo, ed. *Act. SS.*, ad d. 17 Jul., tom. IV, p. 251-53.

(1) Sanderus, op. cit., p. 184. — (2) Ibid., p. 189.



VIII. Codex signatus num. 162.

Olim coenobii Dunensis (1).

Foliorum 59, med. (0^m,23 × 0,165), compactus ex variis laciniis, diversis manibus, tum lineis plenis, tum columnis binis exscriptus saec. XIII.

Vita sancti Pauli primi heremitae (fol. 51^r-55^v).

Vita, auctore Hieronymo, ed. *Act. SS.*, ad d. 10 Januarii, tom. I, p. 604-7. Desinit mutila in medio num. 16 hisce verbis: *Et statim quasi mercedem pro opere postulantes cum motu animorum cervice subjecta ad Anthonium...*

IX. Codex signatus num. 402.

Olim monasterii Dunensis (2).

Foliorum 190, med. (0^m, 31 × 0,22) exaratus columnis binis saec. XIV.

1° [De sancto Briccio] (fol. 1^r).

Fragmentum : avulsa sunt enim folia in capite codicis.

2° Sermo beati Jheronymi presbyteri de Assumptione (fol. 1^v-18^v).

Ed. P. L., tom. XXX, p. 122-42.

3° Miracula Dei genitricis semperque Virginis Mariae (fol. 18^v-46^v).

Praemisso prologo *Ad omnipotentis Dei laudem cum saepe recitentur sanctorum miracula* (ed. P. L., tom. CLXXIX, p. 1777), sequuntur miracula numero viginti sex, quorum hi sunt elenchus et tituli : 1. De Hildefonso archiepiscopo (fol. 18^v-19^v), ed. P. L., tom. XCVI, p. 50, num. 8-10; 2. De secretario monacho (fol. 19^v-20^v); 3. De quodam clerico (fol. 20^v-21^r); 4. De altero clerico (fol. 21^r); 5. De quodam paupere (fol. 21^r-21^v); 6. De quodam monacho (fol. 21^v-22^v); 7. De quodam fure (fol. 21^v-23^r); 8. De Theophilo (fol. 23^r-30^r), ed. P. L., tom. CLI, p. 643-52; 9. De muliere (fol. 30^r-30^v); 10. De Elsinnio abbate (fol. 30^v-31^v); 11. Revelatio (fol. 31^v); 12. De mercenario agrario (fol. 31^v-32^r); 13. Aliud (32^r-34^r); 14. Aliud (fol. 34^r); 15. De juvene divite (fol. 34^r-36^r); 16. De clerico saeculari (fol. 36^r-36^v); 17. De sanctimoniali (fol. 36^v-37^v); 18. De quodam rustico (fol. 37^v-38^v); 19. De monacho priore (fol. 38^r-38^v); 20. De Giraldo (fol. 38^v-39^v); 21. De Jheronimo (fol. 39^v); 22. De Anselmo (fol. 39^v-40^v), ed. P. L., tom. CLXXIX, p. 1011-1018; 23. De imagine B. M. (fol. 40^v); 24. De quodam canonico (fol. 40^v-41^v); 25. De Petro et Stephano (fol. 41^v-42^v); 26. De Leurico monacho (3) (fol. 42^v-43^r); dein sequuntur encomiastica.

(1) Sanderus, op. cit., p. 189. — (2) Ibid. — (3) Ex monasterio Westmonasteriensi.



4° Vita sancti Basilii archiepiscopi Caesariensis (fol. 46v-65v).

Auctore Amphilochio, ed. *Act. SS.*, ad d. 14 Junii, tom. II, p. 938-57.

5° Vita sancti Martini episcopi (fol. 75v-135v).

Scilicet epistola Sulpicii Severi ad Desiderium (fol. 75v-76r) et Vita (fol. 76r-91v), ed. P. L., tom. XX, p. 159-76; epistola ad Basulam de transitu sancti Martini (fol. 91v-95r), ibid., p. 181-84; epistolae ad Eusebium (fol. 95r-97v) et Aurelium (fol. 97v-99v), ibid., p. 175-78, 178-80; dein translatio (fol. 99v-100v) et Dialogorum Severi libri tres (fol. 100v-135v), ibid., p. 183-222.

6° Vita sancti Briccii episcopi (fol. 135v-137v).

Ex Gregorio Turonensi, *Hist. Franc.*, lib. II, cap. 1.

7° Vita almi confessoris Christi Nicholai atque praesulis egregii, cujus celebritas est VIII idus decembris (fol. 137v-163v).

Vita, auctore Johanne diacono, ed. apud Carminium, *Acta primigenia sancti Nicolai*, p. 112-26.

8° Translatio corporis beatissimi Nicholai, Mireorum Liciae archipraesulis, quam Nicephorus Barrensis civitatis clericus composuit (fol. 163v-189v).

Ed. *Anal. Boll.*, tom. IV, p. 169-92, ex codice Gandavensi 289.

X. Codex signatus num. 403.

Olim monasterii Thosani, postea coenobii Dunensis, alter ex duobus Passionalibus de quibus Sanderus in *Bibl. belgica manuscripta*, tom. I, p. 187 (1).

Foliorum 184, max. ($0^m,50 \times 0,345$), columnis binis, saeculo XIII conscriptus.

1° Passio sancti Leutii, Tyrsi et Galenici, quae est quinto kalendas februarii (fol. 1v-8r).

Vita ed. *Act. SS.*, ad d. 28 Januarii, tom. II, p. 824-32.

2° Vita sanctae Aldegundis virginis (fol. 8r-12r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 30 Jan., tom. II, p. 651-55.

3° Passio sancti Ignatii martiris, qui passus est kalendis februarii (fol. 12r-15v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Feb., tom. I, p. 29-33.

(1) Vide etiam *Neues Archiv*, tom. II, p. 263.



4° Vita sanctae Brigidae virginis, cujus festivitas est kalendis februarii (fol. 15v-27v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Febr., tom. I, p. 118-135. Ordo miraculorum saepius mutatus est.

5° Passio sancti Blasii episcopi et martyris, qui passus est tertio nonas februarii (fol. 31r-32v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 3 Febr., tom. I, p. 336-339. Num. 1 paucioribus verbis contractus est.

6° Vita sancti Bertulfi confessoris, cujus festivitas est nonas februarii (fol. 32v-35v).

Ed. ope hujus codicis in *Mon. Germ.*, scr. tom. XV, p. 633-41.

7° Passio sanctae Agathae virginis, quae passa est in provincia Siciliae in urbe Catanensium sub Decio imperatore die nonarum februariarum (fol 35v-37v).

Stilo paulo mutato ed. *Act. SS.*, ad d. 5 Febr., tom. I, p. 620-23.

8° Vita beati Vedasti episcopi et confessoris, cujus festivitas est VIII° idus februarii (fol. 37v-44r).

Scilicet Vita ed. *Act. SS.*, ad d. 6 Feb., tom. I, p. 794-99; dein Miracula, auctore Haimone monacho, ed. ope hujus codicis *Monum. Germ.*, scr. tom. XV, p. 397-8.

9° Vita sancti Amandi episcopi, cujus festum est VIII° idus febr. (fol. 44r-47v).

Auctore Baudemundo, ed. *Act. SS.*, ad d. 6 Febr., tom. I, p. 848-854.

10° Translatio sancti Amandi (fol. 47v-48v).

Ibid., pp. 889, 890. Sed non prologus, qui ibid. num. 1, praemissus est, sed ille qui p. 891 praecedit sermonem de elevatione corporis. Praeterea desinit post primam phrasim num. 5, p. 890.

11° Visio sanctae Aldegundis de transitu sancti Amandi (fol. 48v-49v).

Nempe epitome historiae translationis ed. *Act. SS.*, loc. cit., p. 894-5.

12° Miraculum quod idem sanctus Amandus operatus est de muliere quam resuscitavit in urbe Rotomagensi (fol. 49v-50r).

Ed. ibid., p. 902-3. Prologus postpositus est, non praemissus.

13° Vita sancti Ansberti pontificis, cujus festum est V° idus februarii (fol. 50v-56v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 9 Febr., tom. II, p. 347-56.



14° Vita sanctae Austrabertae virginis, cujus festum est IIII° idus februarii (fol. 56^{v}-59^{v}).

Nempe Vita ed. *Act. SS.*, ad d. 10 Febr., tom. II, p. 419-23, sed omissus est prologus et numm. 1-6 paucis contracti sunt; dein Miracula, ibid., pp. 423-28; at non omnia, sed numm. 1-15 tantum.

15° Vita sanctae Eufrasiae virginis, cujus festivitas est III° idus februarii (fol. 59^{v}-66^{r}).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 13 Mart., tom. II, p. 265-74.

16° Passio sanctae Eulaliae virginis et martyris, quae passa est IIII° idus decembris (fol. 62^{r}-68^{r}).

Ed. apud Florez, *España Sagrada*, tom. XIII, p. 398-406.

17° Passio sancti Valentini martyris, qui passus est XVI° kalendas martii (fol. 68^{r}-69^{v}).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 14 Febr,, tom. II, p. 756-7.

18° Passio sanctae Julianae virginis et martyris, quae est X°IIII° kalendas martii (fol. 69^{v}-71^{v}).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 16 Febr., tom. II, p. 873-77.

19° Vita sancti Salvini episcopi, cujus festum est XIII° kalendas martii (fol. 71^{v}-73^{r}).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 17 Feb., tom. III, p. 29-31.

20° Gesta gloriosi regis et martyris Canuti (fol. 75^{r}-83^{r}).

Auctore Aelnotho, ed. ex hoc codice *Act. SS.*, ad d. 10 Julii, tom. III, p. 127-49.

21° Passio gloriosissimi Karoli Flandriae comitis et martyris (fol. 83^{r}-93^{r}).

Auctore Gualtero archidiacono, ed. *Act. SS.*, ad d. 2 Mart., tom. I, pp. 163-179.

22° Vita sancti Albini episcopi et confessoris, cujus festivitas celebratur kalendas martii (fol. 93^{r}-94^{v}).

Auctore Fortunato, ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Mart., tom. I, p. 57-60. Sed omissus est prologus.

23° Passio sanctorum Saturi, Saturnini, Revocati, Felicitatis et Perpetuae, qui passi sunt nonis martii (fol. 94^{v}-95^{v}).

Compendium Vitae ed. *Act. SS.*, ad d. 7 Mart., tom. I, p. 633-38.

24° Gesta Gregorii Romanae sedis antistitis et confessoris (fol. 95^{v}-153^{r}).

Vita, auctore Johanne diacono, ed. *Act. SS.*, ad d. 12 Mart., tom. II, p. 137 et sqq.



25° Vita sanctae Gertrudis virginis, cujus festum est XVI kalendas aprilis (fol. 145r-160r).

Stilo diversa et fusior quam quae ed. *Act. SS.*, ad d. 12 Mart, tom. II, p. 594-99; re tamen eadem. Adsunt miracula et appendix I, cfr. *Cat. Brux.*, ad cod. 11550-55, n. 58, tom. II, p. 404.

26° Passio sanctae Theodosiae virginis et martyris, quae passa est IIII° nonas aprilis (fol. 161v-166r).

Vita de qua *Act. SS.*, tom. I Aprilis, p. 62, num. 8; ed. *Cat. Brux.*, tom. I, p. 164-178.

27° Vita sancti Ambrosii episcopi, cujus festum est II° nonas aprilis (fol. 166r-172r).

Auctore Paulino, ed. P. L., tom. XIV, p. 27-46.

28° Passio sancti Germani episcopi et martyris, qui passus est VI° nonas maii (fol. 172r-177r).

Ed., ope hujus codicis, *Act. SS.*, ad d. 2 Maii, tom. I, p. 261-69.

29° Passio sancti Vitalis martyris et sanctorum Gervasii et Protasii (fol. 177r-178r).

Ep. Ambrosii ed. *Act. SS.*, ad d. 19 Jun., tom. III, p. 821-22.

30° Passio sanctorum martyrum Alexandri, Eventii et Theodoli (fol. 178r-181r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 3 Maii, tom. I, p. 371-5.

31° Passio sancti Judae a quo crux Domini inventa est, quem Helena cognominare jussit Quiriacum, quae est III° nonas maii (fol. 181r-183r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 4 Maii, tom. I, p. 445-50.

XI. Codex signatus num. 404.

Prius abbatiae Thosanae, postea coenobii Dunensis.

Foliorum 158, max. (0m,50 × 0,325), binis columnis exaratus saeculo XIII; est altera pars Passionalis modo descripti (1).

1° Passio sanctorum Syxti, Felicissimi, Agapiti, Abdon et Sennis sanctique Laurentii archidiaconi, quae est quarto idus Augusti (fol. 2r-2v).

Sub hoc titulo generali istius cycli martyrum, traditi sunt actus Polychronii ed. apud Mombritium, tom. II.

(1) Cfr. Sanderus, op. cit., p. 187, et *Neues Archiv*, tom. II, p. 263-4.



2° Passio sanctorum Abdon et Sennis (fol. 2ᵛ-3ᵛ).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 30 Julii, tom. VII, p. 137-38.

3° Passio sanctorum Syxti, Felicissimi, Agapiti et sancti Laurentii martyrum (fol. 3ᵛ-4ʳ).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 6 Aug , tom. I, p. 140-1.

4° Passio sancti Laurentii (fol. 4ʳ-5ʳ).

Ed. apud Mombritium, t. II. Incip. " *Tunc milites tenentes beatum Laurentium* „.

5° Passio sancti Romani martyris (fol. 5ʳ-6ʳ).

Acta paulo fusiora, sed re convenientia cum ed. *Act. SS.*, ad d. 9 Aug., tom. II, p. 410.

6° Vita sancti Gaugerici episcopi et confessoris, cujus festivitas est III idus augusti (fol. 6ᵛ-8ᵛ).

Ed. apud Ghesquière, *Act. SS. Belgii*, tom. II, p. 271-77.

7° Passio sancti Ypoliti martyris, quae est idus augusti (fol. 8ᵛ-9ᵛ).

Ed. apud Mombritium, tom. II.

8° Vita sancti Eusebii presbiteri et confessoris (fol. 9ᵛ-10ʳ).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 14 Aug., tom. III, pp. 150, 151.

9° Vita sancti Arnulfi episcopi et confessoris, cujus festivitas est XIV kalendas septembris (fol. 10ʳ-28ʳ).

Ed. ex hoc codice *Act. SS.*, ad d. 14 Aug., tom. III, p. 231-59.

10° Vita sancti Arnulfi episcopi et confessoris, cujus festivitas est XVII kalendas septembris (fol. 34ᵛ-37ᵛ).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 18 Julii, tom. IV, p. 435-40 ; et adduntur ea quae ibidem, p. 446-7, ex libro Pauli Wanefridi.

11° Passio sancti Mammetis monachi et martyris, quae est XVI kalendas septembris (fol. 37ᵛ-39ᵛ).

Ed. apud Mombritium, tom. II.

12° Passio septem martyrum, quae est XVI kalendas septembris (fol. 39ᵛ-40ʳ).

Vita, auctore Victore Vitensi, ed. *Act. SS.*, ad d. 17 Aug., tom. III, p. 455-57.

13° Passio sancti Agapiti martyris, quae est XV kalendas septembris (fol. 40ʳ-41ᵛ).

Acta de quibus *Act. SS.*, ad d. 18 Aug., tom. III, n. 5, p. 525.



14° Passio sancti Magni martyris, quae est XIII kalendas septembris (fol. 41^{v}-43^{v}).

Acta ed. *Act. SS.*, ad d. 19 Aug., tom. III, p. 713-16. Additur miraculum ed. *Catal. Brux.*, tom. II, p. 382-3; in cod. non epistolae, sed narrationis ratio atque modus usurpata sunt.

15° Vita sancti Philiberti abbatis, cujus festivitas est XIII kalendas septembris (43^{v}-46^{v}).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 20 Aug., tom. IV, p. 75-80. Omissus est prologus.

16° Passio sancti Symphoriani martyris, quae est XI kalendas septembris (46^{v}-47^{v}).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 22 Aug., tom. IV, p. 496-7.

17° Passio sanctorum Thimothei et Apollinaris, quae est X kalendas septembris (47^{v}-48^{r}).

Acta de quibus *Act. SS.*, ad d. 22 Aug., tom. IV, p. 517, n. 12.

18° Passio sanctae Katerinae virginis (fol. 49^{r}-56^{r}).

Vita de qua *Anal. Boll.*, tom. I, p. 502, in cod. Namurc. 30, n. 69.

19° Vita sancti Eligii episcopi (fol. 56^{r}-67^{r}).

Auctore Audoeno, ed. *Act. SS. Belgii*, tom. III, p. 198-270 ; sed omissi sunt prologi ante utrumque librum, contracti sunt sermones S. Eligii, immo et narratio de obitu ejus.

20° [Miracula sancti Eligii] (fol. 67^{r}-70^{r}).

Scilicet capita 40, 47 (p. 291, 294-95), 43 (p. 292), 49 (p. 296), 54 (p. 298), 57 (p. 298), 61 (p. 300), 71 (p. 305), 79 et 80 (p. 308-9) edita apud Ghesquière, op. cit.

21° Passio sanctae Luciae virginis (fol. 70^{r}-71^{r}).

Ed. apud Surium, ad d. 13 Decembr.

22° Narratio de purgatorio sancti Patricii in Hibernia (fol. 71^{r}-75^{r}).

Narratio, auctore Henrico Saltereyensi, edita apud Colgan, *Trias thaumaturga*, tom. II, p. 273-80.

23° Vita venerabilis Aupes virginis de Cudoth (fol. 75^{r}-90^{v}).

Proxime edenda, ope hujus codicis, in *Act. SS.*, tom. II Nov.

24° Vita sancti Winwaloei (fol. 91^{r}-94^{r}).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 3 Mart., tom. I, p. 250-54.

25° Vita sancti Gudwali episcopi et confessoris (fol. 94^{r}-103^{r}).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 6 Jun., tom. I, p. 729-42. Omissus est prologus.

26° Vita sanctae Landradae virginis (fol. 103^{r}-106^{r}).

Auctore Theoderico, ed. *Act. SS.*, ad d. 8 Julii, tom. II, p. 623-24, 625-29.

27° [Miracula sancti Bavonis] (fol. 106^{r}-111^{r}).

Ed. *Act. SS. Belgii*, tom. II, p. 511-30.

28° [Translatio sancti Bavonis] (fol. 111^{r}-114^{r}).

Ed. *Act. SS. Belgii*, tom. II, p. 564-65.

29° Vita sancti Bavonis gloriosi confessoris (fol. 114^{r}-120^{r}).

Auctore Theoderico, ed. *Act. SS. Belgii*, tom. II, p. 511-531.

30° Vita sancti Landoaldi archypresbiteri sociorumque ejus (fol. 120^{r}-121^{r}).

Auctore Harigero, ed. *Act. SS. Belgii*, tom. III. p. 349-354.

31° Translatio sancti Landoaldi sociorumque ejus (fol. 121^{r}-122^{r}).

Ibid., cap. II, num. 7-11, pp. 354-56.

32° Translatio sanctae Landradae (fol. 122^{r}).

Ibid., num. 12, p. 356-57.

33° Adventus sancti Landoaldi in Gandavo (fol. 122^{r}-123^{v}).

Ibid., p. 363-67.

34° Elevatio sancti Landoaldi sociorumque ejus (fol. 123^{v}-124^{v}).

Ed. ope hujus codicis *Monum. Germ.*, scr. tom. XV, p. 610-11.

35° Vita sancti Macharii Antiochiae metropolis Siriae archiepiscopi (fol. 124^{v}-134^{r}).

Ed. ex hoc codice *Act. SS.*, ad d. 10 Aprilis, tom. I, p. 878-92. Cfr. *Monum. Germ.*, scr. tom. XV, p. 615-620.

36° Miracula sancti Wandregisili confessoris (fol. 134^{r}-138^{v}, 140^{r}-144^{v}, 139^{r}).

Ed. ope hujus codicis *Act. SS.*, ad d. 22 Julii, tom. V, pp. 281-90.

37° Vita sancti Wandregisili confessoris (fol. 139^{r}-139^{v}, 141^{r}-144^{v}).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 22 Julii, tom. V, p. 272-81 (1).

(1) Quoniam foliorum ordo heic prorsus est perturbatus, inde in errorem adducti sunt auctores *Neues Archiv*, tom. II, p. 264, ut assererent Vitam esse acephalam.

38° Vita sancti Wulfranni episcopi et confessoris (fol. 145r-145v, 147r-149v).

Vita amplior, auctore Jona Fontanellensi, ed. *Act. SS. Belgii*, tom. VI, p. 528-541. Omissus est prologus.

39° Passio sancti Gerulfi martyris, quae est XI kalendas octobris (fol. 149v-154r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 21 Sept., tom. VI, p. 259-63. Sequitur de adventu reliquiarum, ibid., p. 264-67. Cfr. *Mon. Germ.*, scr. tom. XV, p. 907-8.

40° Vita beati Quintini martyris (fol. 155r-157v).

Passio tertia, ed. *Act. SS.*, ad d. 31 Octob., tom. XIII, p. 794-800.

41° Translatio sancti Quintini (fol. 157v-158r).

Ed. ibid., ad d. 3 Jan., tom. I, p. 154-55, num. 4-10.

XII. Codex signatus num. 406.

Olim Dunensis monasterii (1).

Foliorum 63, min. (0m,155 × 0,11), lineis plenis saeculo XVII, sed ad normam scripturae saeculi XIV exaratus.

Totum codicem complet

Vita sancti Gregorii.

Vita metrica, de qua legitur in ipso codice (fol. 63r) : *Vita haec sancti Gregorii metrica est correcta et aucta, cui addita est prosa, carmina explanans. Haec omnia fecit unus religiosus Dunensis anno 1666, et servantur apud fratrem Edmundum Schipman, priorem Dunensis tunc temporis. — Ita est : Edmundus Schipman, prior Dunensis. Actum 15 maii 1667. Nauclerus ad alta. Edmundus.*

XIII. Codex signatus num. 546.

Olim coenobii Dunensis (2).

Foliorum 174, med. (0m,21 × 0,17), exscriptus partim binis columnis, partim lineis plenis saec. XIII.

Miracula beatae Mariae virginis (fol. 84r-88v).

Auctore Johanne de Garlandia metrice conscripta ; incipiunt :

Fecit Deus mirus mirum
Dum flos virum nec per virum
Miro partu protulit.....

(1) Sanderus, op. cit., p. 189. Quod legitur fol. 1r : *Abbatia Thosan* fictitium censemus, siquidem opus in hoc codice contentum est monachi Dunensis. — (2) Sanderus, op. cit., p. 204.



In nota (fol. 84^r) legitur: *Gloriosae virginis miracula a parvitate mea descripta ab armario sanctae Genovevae Parisiensis extracta sunt et a me scolaribus meis Parisinis ridmificata.*

XIV. Codex signatus num. 547.

Olim coenobii Aldenburgensis.
Papyraceus, foliorum 127, (0^m,212 × 0,14), exaratus lineis plenis, saec. XV.

Auctoriale de passione virginis Katherinae (fol. 79^r-94^r).

Vita metrica, quae incipit:

Palma triumphalis Katerinae virginis almae
A scriptore novo fit nova lege metri.

XV. Codex signatus num. 561.

Olim coenobii Aldenburgensis.
Foliorum 174, papyraceus, (0^m,215 × 0,145), lineis plenis saeculo XV.

Liber Zozimi et vita sanctae Mariae Egyptiacae (fol. 26^v-39^r).

Vita metrica, ed. P. L., tom. CLXXI, p. 1321-40.



PASSIO

SANCTAE IUSTINAE VIRGINIS ET MARTYRIS

PATAVII IN ITALIA

De sancta Iustina virgine et martyre, iam inde ab antiquissimis temporibus cultu Patavinorum celebri (1), ea tantum Acta edenda invenit Iacobus Bueus noster (2) quae a Mombritio iamdudum vulgata fuerant, dolens ea esse " sublestae fidei et subditicia. " Quamvis Acta plane sincera sanctae Iustinae prorsus desiderentur, antiquiora tamen editis extant quae Bueum latuere, quaeque invenimus in codice 14 coenobii Zwettlensis O. Cist. in Austria Inferiori, a R. P. Iulio Zelenka bibliothecario nobis benigne transmisso. Codex ille membranaceus, formae maioris ($0^m, 42 \times 0, 325$), foliorum 201, binis columnis saec. XIII exaratus, pars est magni Legendarii continens Vitas sanctorum Octobris et Novembris (3), inter quas, fol. 23^r-23^v, brevem sanctae Iustinae Passionem quam infra exhibere visum est, quoniam, uti vel obiter legenti patebit, scriptori qui Acta Mombritiana compilavit praesto fuit, ab eodemque ornata et ampliata.

Licet narrationi illi multo breviori atque simpliciori nonnulla desint quae Acta recentiora merito reddant suspecta (4), et imprimis turgida illa praefatio in qua compilator passioni sanctae martyris se interfuisse mentitur, minime tamen accipienda est veluti fons primigenius historicae traditionis, sed tanquam rivulus minus forte turbidus, qui undenam manarit, incertum adhuc est; ita ut vix quidquam exinde haurire liceat praeter tempus et locum martyrii (5).

Quatuor ad nos usque pervenerunt Passionis sanctae Justinae recensiones quas hic enumerare operae pretium ducimus.

Prima est Zwettlensis, quam legesis infra.

Altera, quam Vaticanam nuncupamus, servatur in codice Vaticano 1190 (6), cuius et apographum habemus inter collectanea musei nostri. Incipit: *In illo*

(1) Venantii Fortunati *Carmina*, lib. VIII, 3, 165; *Vita S. Martini*, lib. IV, 673 *(Monum. Germ.* Auct. antiq., t. IV, pp. 185 et 369).— (2) *Acta SS.*, ad diem 7 Octobris, tom. III, p. 824-25. — (3) Quarum praecipuae enumerantur in Pertz *Archiv.*, tom. VIII (1843), p. 724. — (4) *Acta SS.*, tom. cit., p. 790, n. 2. — (5) Quod de recentioribus Actis notavit Tillemont, *Mémoires pour servir à l'histoire ecclésiastique*, tom. V, art. 55, et nuper Allard, *La persécution de Dioclétien*, tom. I, p. 416. — (6) Hanc indicat Bueus, *Act. SS.*, tom. cit., p. 790, n. 2.

tempore beata Iustina christianis parentibus oriunda. Ad verbum fere concordat cum Actis editis; deest tamen integer num. 1, praefatio scilicet illa in qua oculatum testem se profitetur scriptor.

Tertia est Mombritiana (1), rursum edita in *Actis Sanctorum*, quam copiosissimo commentario instruxit iam laudatus Iacobus Bueus (2).

Quarta tandem est Bruxellensis, quae occurrit in codice bibliothecae Regiae 982, chartaceo, formae mediae ($0^{m},27 \times 0,20$) lineis plenis saec. XV exarato, unoque ex iis qui compilati sunt opera et studio Antonii Gentii canonici Rubeaevallensis (3). Passio sanctae Iustinae (fol. 1^{r}-1^{v}), quae his verbis incipit: *Iustina virgo non solum nomine sed ut divus Plato scripsit ab rei effectu sic appellata,* hisque desinit: *cuius sacratissimum nomen per tot religiosissima monasteria in universa prope Italia ac etiam extra celebratur,* altera est Actorum antiquiorum amplificatio, quae tamen, spectata similitudine multarum locutionum (si praefationem et epilogum excipias), a recensione Vaticana vel Mombritiana vel alia affini fluxisse videtur. Nihil recitat de his quae num. 3 recensionis tertiae leguntur inde a verbis " *Et dum animus eius fortiter anhelaret* ". Prologus omnino diversus est ab illo qui praefigitur Actis Mombritianis, locisque communibus fere constat. Initio tamen sequentia notat auctor: *Iustina.... natione Italica ex Patavina insigni vetustissimaque Athenoris* (4) *urbe haut procul a radicibus Alpium constituta originem ducens, Diocletiano et Maximiano principibus Romanis imperantibus, Marcelloque pontifice in cathedra Petri residente circa annum salutis nostrae octavum supra tricentesimum apud eandem ortus sui urbem martyrium pro Christo perferens,* etc. Sermones sanctae martyris in corpore narrationis longiores sunt. Clauditur tandem Passio epilogo de sanctae Iustinae laudibus et cultu eidem a civitate Patavina exhibito. Nonnulla quae auctor obiter tangit, hominem produnt Patavinum, forte monachum coenobii santae Iustinae; nempe, bis memorat Patavium ab Antenore Troiano conditum fuisse; locum, in quo sedit imperator pro tribunali vocat Campum Martium *qui nunc, ut reor, Vallis campus appellatur.* Haec de Bruxellensi recensione notasse sufficiat: nimis tenue subsidium suppeditat ut hic edenda videatur.

Passio Iustine virginis.

1. In diebus illis sub tempore Maximiani imperatoris passa est sancta Iustina, in cuius mente sacrae religionis instantia sobrium sapientiae culmen collocavit, atque spon-

(1) *Sanctuarium*, tom. II, fol. 40^{v}-41^{v}. — (2) Tom. cit., p. 790-826. — (3) Lege quae *de Antonio Gentio in Rubea Valle canonico regulari hagiographo* inserta sunt *Analect. Bolland.*, tomo VI, p. 31-34. — (4) In epilogo hoc ipse explicat auctor: *Equidem huic ipsa sua civitas liquido constat plus debere quia eam et sanctitate et vitae moribus perornavit, quam Athenori Troiano qui eam condidit.* Cfr. Gennari, *Annali della città di Padova*, tom. I, (1804), p. 3.



sam Christus sibi dicavit. Inde vere nomine meritoque Iustina dum in Venetiarum partibus baiolabatur in suaque patria morabatur, quae Patavis * dicitur, Maximiano atrocissimo partibus illis * adventante, iubet in campo martio sibi tribunal praeparari ut illic sacrilegus imperator interficeret sanctos Dei. Tunc sancta Iustina de praedio suo, cui Vidaliano nomen est, ad visitandum servos Dei ascendens vehiculum properavit *, et sic a militibus comprehensa est et deposita de curru. Cumque iniuriose tractaretur, ubi genua ponebat lapis se flectebat et terra tremebat; et sic Maximiano crudelissimo praesentatur.

* *cod.* Batavis
* *add. in margine*
* *corr. prius* proparavit

2. Quam interrogans imperator ait : *Quae vocaris ?* Ad haec beata Iustina hilari vultu repondit : *Christiana sum.* Maximianus imperator ait : *Ego te de nomine interrogo, et tu haec quae nolumus * auribus nostris ingeris? Dic nomen tuum antequam moriaris.* Sancta Iustina respondit : *Dixi tibi quia christiana sum. Si autem de nomine inquiris, Iustina vocor.* Maximianus dixit : *Quam sectam colis ?* Beata Iustina respondit : *Ego colo dominum nostrum Iesum Christum omnipotentem Deum, qui fecit caelum et terram, mare et omnia quae in eis sunt. Nam lapidibus mutis et surdis, qui sunt opera manuum hominum, non sacrifico.* Maximianus respondit : *Quid verborum prolixitate mea dicta repellis ? Accede et sacrifica Deo magno Marti, si vis consulere tuae tenerae iuventuti.* Beata Iustina * respondit : *Iam dixi tibi : christiana sum, et omnibus diabolicis pompis abrenuntio, et illi me offero sacrificium qui dixit : Ego sum via et veritas et vita ; qui credit in me non * morietur in aeternum.*

* *corr. prius* nolimus
* *corr. prius* iusticia
* *corr. add. supra lineam*

3. Cumque haec et his similia loqueretur, intuebatur eam imperator. Et dixit beata Iustina : *Quid me miraris imperator? Cupio enim ad Dominum meum migrare qui me dignatus est ab infantia consecrare, ut inter prudentes virgines me faciat vita aeterna participari.* Maximianus dixit : *Aut sacrifica diis, et evades tormenta, aut noveris te perimendam.* Beata Iustina respondit : *Deo meo gratias ago, qui me dignatus est hostiam sibi accipere, quae nolui sacrificare idolis, nec consentire vanis iussionibus tuis. Nam quare formidem pro nomine Domini mei*

Iesu Christi pati tormenta, quando ipse pro nobis pretiosum suum sanguinem fudisse noscitur? Tunc iratus imperator dedit sententiam dicens : *Iustinam quae diu latuit et christianae religioni se asserit obligatam, et nostris iussionibus non obtemperantem, gladio iubemus extingui.* Haec cum audisset beata Iustina, iteratis vocibus proclamabat dicens : *Gratias tibi ago, domine Iesu Christe, qui me usque in hanc horam immaculatam custodire dignatus es. Iam, si placet, ut in me haec sententia inferatur quam protulit impiissimus imperator, praesta ut celeriter impleatur, ut merear exultare in regno tuo ancilla tua. Suscipe me, Christe, lumen meum, margarita mea pretiosa, quem amavi, quem concupivi, quem desidero videre regem omnium saeculorum.*

4. Expleta oratione, et fixis in terram genibus, lateri eius spiculator * gladium immersit. Et postquam telo infixa est, per unam iugiter horam fixis in caelum oculis tendensque ad sidera palmas sic oravit ad dominum : *Domine Iesu Christe, suscipe animam meam in requiem tuam, quia te dilexi et omni amori tuam semper dilectionem praeposui. Obsecro te ut me absque confusione in conspectum tuum facias pervenire.* Et signans se vexillo sanctae crucis, emisit spiritum. Cuius sacratissimum corpus christiani aromatibus condierunt, et in cimiterio posuerunt quasi mille passibus longe distante a civitate Patavi. Passa est autem venerabilis Iustina die V mensis octobris.

* *corr. prius* speculator

BULLETIN
DES PUBLICATIONS HAGIOGRAPHIQUES
DE 1890

(Suite.)

Saint Mélaine, évêque de Rennes. — L'antique église de Saint-Mélaine de Rennes a depuis quelque temps changé de vocable, et la Vierge a remplacé le vieil évêque breton. Cette substitution a chagriné M. A. de la Borderie, et le savant académicien, pour faire cesser cet état de choses, a pris à tâche d'attirer l'attention de ses compatriotes sur le saint dépossédé. Dans une première étude *(Revue de Bretagne, de Vendée et d'Anjou*, t. III, 1890, p. 247-66), il examine " le rôle du saint dans la fondation de la monarchie française ". Pour lui, saint Mélaine est " l'un des premiers fondateurs de la nation française "; " l'œuvre politique de saint Mélaine, celle dans laquelle il eut une part essentielle, capitale et décisive, c'est simplement la création de la France ". Cette thèse, bien neuve assurément et d'apparence assez paradoxale, est, on le voit, très nettement énoncée; mais elle n'est malheureusement pas aussi bien prouvée. Non seulement les prémisses sont exagérées et la conclusion forcée, mais les bases mêmes, sur lesquelles M. de la Borderie établit toute la suite de ses déductions, ne soutiendraient guère l'épreuve d'une critique un peu sévère. L'auteur en est encore, pour l'étude des origines de la monarchie franque, à l'abbé Dubos (1742) et à Pétigny (1851). Ces auteurs ne sont pas certes à dédaigner; mais sur bien des points on a fait beaucoup mieux depuis. Ainsi, aucun document sérieux ne permet d'affirmer que Childéric exerça dans le Nord des Gaules la charge de maître des milices de l'empire (p. 250); la déposition, l'exil et le retour de ce prince (p. 255) n'appartiennent pas à l'histoire authentique. Le texte de Procope (p. 257) se rapporte non aux Bretons de Bretagne, — ceux-ci ne furent soumis que notablement plus tard, — mais à une grande partie des populations habitant la contrée qui s'étend entre la Loire et la Seine; ces populations se rangèrent sous le sceptre de Clovis avant sa conversion au christianisme; enfin cette soumission, cette union si l'on veut, ne fut très probablement pas le fait d'un traité, d'un pacte formel, et la conversion des Francs au christianisme n'en fut pas la cause déterminante. Ces vérités, solidement établies il y a longtemps déjà par Junghans (1), semblent pour la plupart avoir échappé à M. de la Borderie, et

(1) *Die Geschichte der fränkischen Könige Childerich und Chlodovech kritisch untersucht* (1857), p. 6-34. Cfr. traduction G. Monod (1879), p. 4-35.



c'est précisément sur la contradictoire des deux dernières propositions énoncées ci-dessus qu'il bâtit tout son système. Il y aurait encore bien des inadvertances du même genre à relever dans cette courte étude. Mentionnons seulement un point : l'auteur n'utilise, en ce qui regarde saint Mélaine, que la Vie publiée par Bollandus dans les *Acta Sanctorum*, au tome I de janvier, et il fonde plus d'un argument sur quelques expressions isolées de cet ouvrage. Peut-être eût-il bien fait d'examiner au moins la Vie, plus ancienne peut-être, que nous avons publiée en 1889 dans le tome I de notre catalogue des manuscrits hagiographiques de Paris, p. 71-77; plusieurs des traits sur lesquels M. de la Borderie insiste particulièrement, font défaut dans celle-ci. Il y aura lieu aussi désormais de tenir compte d'une troisième Vie, parue du reste après l'article dont nous nous occupons, dans le tome II du même catalogue, p. 531-41. En résumé, fond et forme, ce travail nous paraît être surtout un plaidoyer; l'avocat a fait tort à l'historien, et nos études, pas plus que le saint lui-même, n'en retireront guère de profit.

M. le comte Du Moulin-Eckart a publié une étude, un peu diffuse, mais assurément consciencieuse, sur saint **Léger** (Richard Graf Du Moulin-Eckart, *Leudegar, Bischof von Autun.* Ein Beitrag zur fränkischen Geschichte des 7 Jahrhunderts. Breslau, W. Kœbner, 1890, 8°, 108 pp.). Une première partie (pp. 1-42) est consacrée à la critique des sources, c'est-à-dire des deux plus anciennes Vies du saint. L'auteur se sert uniquement des textes imprimés, mais il a une connaissance assez complète de la littérature du sujet; il n'a cependant pas tenu compte du travail que M. Friedrich a fait paraître sur Ébroin, en 1887, dans les Comptes rendus de l'Académie de Munich. Dans la seconde partie (pp. 43-99), il esquisse, en contrôlant sans cesse les deux Vies en question, la carrière et le martyre de l'illustre évêque. On remarque aisément chez le narrateur une tendance à présenter les faits d'une manière plutôt favorable à Ébroin, et à diminuer, un peu trop selon nous, l'importance du rôle politique joué par sa victime. Mais en général ce travail est intéressant, instructif et conçu dans un esprit vraiment historique. L'appendice (p. 100-8) ne mérite pas les mêmes éloges. M. Du Moulin-Eckart y donne d'abord la bibliographie des Vies de saint Léger, imprimés et manuscrits. C'est incomplet et surtout très peu précis. Par exemple, les manuscrits de Paris sont encore cités d'après leur ancienne cote " Saint-Germain, Sorbonne ", etc...; les manuscrits de Bruxelles sont mentionnés comme ceci : " Brüssel, sec. XII, fol. mai. ", sans rien de plus. Suit un index des " ouvrages utilisés ", lequel remplit six grandes pages et contient pas mal de fautes. C'est un article de luxe qu'on multiplie trop de nos jours à la suite de la moindre monographie, sans profit la plupart du temps. De plus, je doute que l'auteur ait réellement utilisé l'ouvrage ainsi décrit p. 103 : " Analecta Bollandiana. Paris 1745 (!) Nova ed. (!) Brux. 1882-6 ".

Nous ne nous arrêterons pas davantage à cette dissertation. Car, malgré ses mérites réels, elle vient d'être entièrement annulée par l'importante étude que M. Bruno Krusch a récemment publiée dans le *Neues Archiv* sur le même sujet. S'appuyant sur l'examen de tous les manuscrits connus des *Vitae Leodegarii*, et

notamment sur une troisième Vie, inconnue jusqu'ici et la plus ancienne de toutes, le savant collaborateur des *Monumenta Germaniae* a complètement renouvelé la face de la question, et ses conclusions, fortement motivées, ne laissent debout à peu près aucun point important du système de son prédécesseur. Nous reviendrons en son temps sur ce remarquable travail.

Sainte Jeanne de France. — On devait déjà à Mgr Hébrard, sur *sainte Jeanne de Valois et l'ordre de l'Annonciade*, un petit volume (Paris, 1878, in-12) dont le but était " moins de faire connaître la fondatrice de l'Annonciade que l'ordre lui-même ". C'est surtout de la sainte qu'il s'occupe cette fois, dans son nouvel ouvrage *Histoire de sainte Jeanne de France, duchesse d'Orléans et de Berry* (Paris, 1890, in-12, xxiv-527 pp.). Fruit de laborieuses recherches et fort bien écrit, ce livre est intéressant et de nature à beaucoup édifier. Ce n'est pas toutefois un ouvrage historique dans le sens rigoureux du mot. La méthode de l'auteur tient de celle des anciens chroniqueurs ou légendaires, qui consignaient dans leurs écrits, sans toujours assez les contrôler, des données puisées à des sources très diverses, authentiques ou fabuleuses, antiques et récentes ; à leur exemple aussi, il allonge, il embarrasse même le cours du récit par des considérations ascétiques ou des citations, parfois assez longues, de saint Jérôme, de Mgr Gay, etc... Sa critique n'est ni assez ferme, ni assez sévère, et on le voit reproduire plus d'une fois des traits dont la fausseté est depuis longtemps démontrée. Enfin on lui reprochera justement un certain nombre de fautes d'impression dans les noms propres et de citations peu précises et peu méthodiques. Ces ombres et ces taches ont été suffisamment indiquées par M. R. de Maulde (1), dans un compte rendu aussi solide que bienveillant, paru naguère dans la *Revue des questions historiques* (numéro d'avril 1891, p. 656-8). En somme, malgré des mérites très réels, cette nouvelle Vie de sainte Jeanne est loin de remplacer, au point de vue historique, la remarquable monographie que M. de Maulde lui-même a publiée en 1883 sur la sainte fille de Louis XI.

Les anciennes litanies des saints de Bretagne. — Sous ce titre, M. J. Loth apporte dans la *Revue celtique*, t. XI (1890), pp. 135-51, une intéressante contribution à l'hagiographie bretonne. Il étudie les quatre séries connues d'anciennes litanies contenant des noms de saints bretons, notamment celle que M. Warren avait naguère publiée dans le numéro de janvier 1888 de la même revue. Ce savant n'avait pu identifier les noms bretons, qu'il n'avait rencontrés nulle part ailleurs. M. Loth est parvenu au contraire à les identifier presque tous, et il met à la suite de chacun d'eux quelques remarques utiles. On regrettera toutefois que

(1) Il y aurait encore à grossir l'errata fourni par M. de Maulde; ainsi pour ne rien dire du fabuleux roi Pharamond, qu'on regrette de voir nommer p. 3, il n'a jamais existé à la Bibliothèque Nationale de Paris, de " section des manuscrits in-folio " (p xvii-xviii, note 1 ; p. 54, note 1); p. 209 on trouve trois fois le nom de Jean *Standouch*, au lieu de *Standonck*; etc., etc.



l'auteur n'ait pas tâché de rendre ces observations plus complètes, et qu'il soit en particulier trop peu au courant de la littérature du sujet. Sans doute, il déclare ne pas vouloir " entrer dans le détail des sources ni des Vies des saints " (p. 136). Néanmoins il énumère, semble-t-il, toutes les Vies qu'il connaît : car il va jusqu'à indiquer un bon nombre de biographies encore inédites ou du moins qu'il croit telles. Mais au lieu de renvoyer aux manuscrits des Vies 1) de S. Brieuc, 2) de S. Corentin, 3) de S. Judicaël, 4) de S. Meven, 5) de S. Ronan, il aurait dû indiquer les éditions récemment parues, la plupart du temps d'après ces manuscrits eux-mêmes, dans 1) *Analecta Bollandiana*, II, 161 ; 2) Plaine, *Vie inédite de S. Corentin*, 1886 ; 3) *Anal. Boll.* III, 157 ; 4) Ibid., 141 ; 5) *Catalogus codd. hag. Bibl. Nat. Paris.*, I, 438. Il aurait fallu de même mentionner les Vies des SS. Guénolé (*Anal. Boll.* VII, 167 ; A. de la Borderie, *Cartulaire de Landevenec*, 1), Édiunet (A. de la Borderie, l. c. 137), Malo (A. de la Borderie et F. Plaine, 1884), Méloir (*Anal. Boll.* V, 165), Samson (Ibid., VI, 77), Servan (Pinkerton-Metcalfe, *Lives of the Scottish Saints*, II, 119), etc... Passe encore qu'on ne soit pas complet ; mais quand on tient compte d'un nombre considérable de textes parus jadis, pourquoi négliger presque toutes les publications récentes, dont l'importance est parfois beaucoup plus grande ?

Signalons encore, dans la même revue, p. 242-4, quelques bonnes remarques sur les Vies de S. Ronan et de S. Jacut publiées dans le tome I de notre catalogue de Paris ; — p. 348-9, une rectification fort curieuse de M. J. Loth sur **saint Amphibalus** ; il est clair désormais que ce nom provient d'une bévue de Geoffroy de Monmouth, qui a pris le mot *amphibalus*, chasuble, pour le nom propre d'un confesseur de la foi sauvé par S. Alban de Verulam (cfr. Gildas, *De excidio Britanniae*, ch. 8) ; — pp. 490-2, les réflexions du même savant sur saint **Branwalatr** et divers autres saints bretons, à propos de la publication de M. F. Lieberman, *Die Heiligen Englands*.

La septième *note* de M. l'abbé Duchesne *sur la topographie de Rome au moyen-âge* (Rome, 1890, 8°, 26 pp. Extraits des *Mélanges d'archéologie et d'histoire* publiés par l'école française de Rome, tome X) est consacrée aux " légendes chrétiennes de l'Aventin ", c'est-à-dire à celles de S. **Boniface** (p. 2-10) et de S. **Alexis** (p. 10-26). C'est une étude très approfondie et qui nous paraît concluante, sur deux cas hagiographiques fort curieux. Il y a vraiment plaisir à voir si bien établir en quelques pages sobres tant de conclusions intéressantes et neuves en bonne partie.

Sous le titre " **Saint Antide** ", nous lisons dans le *Bulletin d'histoire et d'archéologie religieuses du diocèse de Dijon*, t. VIII (1890), p. 57, un résumé très succinct de la brochure de M. l'abbé Garraud, *S. Antide, archevêque de Besançon et martyr au Ve siècle. Iconographie, légende, culte et reliques*, Cîteaux, 1889, in-8°, 24 pp. En regard, p. 56, est reproduite une gravure représentant la tradition légendaire du saint porté à Rome sur les épaules d'un hideux démon.



Les Saints jumeaux de Langres. — Dans quelques pages écrites sur un ton peu mesuré (ibid., p. 114-6), M. l'abbé Toussaint prend à tâche de réfuter un article publié l'an passé au sujet de sa brochure *Les Saints jumeaux sont Langrois* (Langres, 1889, 102 pp.) par M. l'abbé Burtey (*Bulletin*, t. VII, p. 248-60). Le litige porte sur la question, fort rebattue, de la nationalité des saints Speusippe, Éleusippe et Méleusippe, martyrs en Cappadoce selon les uns, à Langres selon d'autres. Observons tout d'abord que l'article de M. l'abbé Burtey n'est pas le moins du monde, comme le prétend son contradicteur, composé pour la majeure partie de " lieux communs " et de " vulgaires anecdotes d'un genre à part " ; il n'a pas non plus la tendance absolue et *a priori* qu'on lui reproche. C'est une courte et fort sage étude, qui venait ici très à propos, et il serait à souhaiter, pour le bien de l'histoire et l'honneur des saints, que M. l'abbé Burtey trouvât sur ce terrain plus d'imitateurs. De plus, sa conclusion n'est pas, comme le fait entendre M. Toussaint, que les saints jumeaux ne sont pas Langrois. Le savant chroniqueur du *Bulletin* a dit " qu'il n'est pas certain, qu'il n'est pas démontré " qu'ils le soient : c'est bien différent ; et encore ce langage est l'expression modérée de la vérité. La fin de non-recevoir que M. Toussaint, en déplaçant parfois le débat, oppose ici aux critiques très courtoises de M. Burtey, n'a pas fait avancer d'une ligne la question. Si du reste elle doit jamais être tout à fait tirée au clair, ce ne sera probablement pas en faveur de Langres. Il suffit, pour s'en convaincre, de lire l'étude substantielle et vraiment scientifique que M. l'abbé Duchesne vient de consacrer à la légende des saints jumeaux dans son *Mémoire sur l'origine des diocèses épiscopaux dans l'ancienne Gaule*, Paris, 1890, p. 67-73 (Extrait des *Mémoires de la Société nationale des Antiquaires de France*, t. L). Ce n'est pas la partie la moins neuve, ni la moins attrayante de ce mémoire, dans lequel l'éminent professeur de l'Institut catholique de Paris a repris avec sagacité une controverse épineuse et trop souvent passionnée ; son exposé impartial s'appuie sur la tradition la plus autorisée de nos églises pour combattre d'une façon passablement décisive les tenants de l'école dite " traditionnelle ".

Les fêtes du huitième centenaire de la naissance de saint **Bernard** ont été célébrées dans le diocèse de Dijon avec grande solennité. Il était naturel que l'attention fût à cette occasion attirée de nouveau sur le lieu où naquit le saint. M. le chanoine Chomton a entrepris de nouvelles recherches ; et à en juger par le premier article qu'il publie cette année dans le *Bulletin*, p. 161-88, nous aurons bientôt sur Fontaines-lez-Dijon une solide et très intéressante monographie. L'auteur se borne ici à démontrer, avec surabondance de preuves, que c'est bien là, et non pas à Châtillon-sur-Seine, qu'est né saint Bernard. La thèse n'est pas neuve, et depuis deux siècles au moins elle est presque universellement admise ; mais elle n'avait pas encore été démontrée aussi largement, " par le témoignage des premiers biographes du saint et par les monuments de la tradition locale ". Notons aussi, p. 164-72, un résumé consciencieux et parfaitement au cou-



rant des derniers travaux que MM. Hüffer, Vacandard, etc., ont consacrés à l'examen critique des quatre Vies du saint écrites par des contemporains.

